

item Zwinglii atque Ecolampadii ad Zinckeri <sup>1</sup> de eucharistia libellum responsiones. Justus Menius.

---

1) Der Abschreiber hat dazu bemerkt: „forte“. Wahrscheinlich aber ist „Lutheri“ zu lesen. Gemeint sind die bei Enders VI, S. 74 Anm. 4 u. 5 genannten Schriften. Enders Nr. 1208 ist danach wohl genauer zu datieren: zweite Hälfte vom September 1527.

## 3.

## Beiträge zum Briefwechsel der katholischen Gelehrten Deutschlands im Reformationszeitalter.

Aus italienischen Archiven und Bibliotheken

mitgeteilt von

**Walter Friedensburg.**

(Schlufs.) <sup>1</sup>

### IX. Robert Vauchop.

In der Vorbemerkung zu dieser meiner Herausgabe der Briefe der katholischen Gelehrten Deutschlands <sup>2</sup> teilte ich mit, daß ich die auf deutsche Verhältnisse bezüglichen Briefe des Irländers Robert Vauchop in meine Aufgabe einbegriffen habe und seiner Zeit veröffentlichen würde. Inzwischen ist mir aber ein größerer Teil der zu diesem Zweck gesammelten Briefe dadurch vorweggenommen, daß B. Duhr sie in der „Zeitschrift für katholische Theologie“ <sup>3</sup> hat abdrucken lassen. Doch ist eine Reihe einschlägiger Briefe Vauchops Duhrs Aufmerksamkeit entgangen; außerdem hat er bei

---

1) Vgl. Bd. XVI, S. 470 ff.; Bd. XVIII, S. 106 ff. 233 ff. 420 ff. 596 ff.; Bd. XIX, S. 211 ff. 473 ff.; Bd. XX, S. 59 ff. 242 ff. 500 ff.; Bd. XXI, S. 537 ff.; Bd. XXIII, S. 110 ff. dieser Zeitschrift.

2) Vgl. diese Zeitschrift Bd. XVI, S. 475.

3) B. Duhr, Ungedruckte Briefe des Erzbischofs Dr. Vauchop und seines Gefährten, des Jesuiten P. Claudius Jaius: a. a. O. Jahrg. 1897, S. 593—621.



verschiedenen, die er kennen gelernt, sich mit dem einfachen Hinweis begnügt. So bleibt mir wenigstens noch eine Nachlese ungedruckter Stücke übrig; des Zusammenhangs wegen werde ich aber auch die von Duhr veröffentlichten an ihrem Ort erwähnen.

Robert Vauchop entstammte einer irischen Familie<sup>1</sup>. Vor den Verfolgungen Heinrichs VIII flüchtend verließ er sein Vaterland und nahm seinen Aufenthalt an der päpstlichen Kurie. Als Lohn für seine Anhänglichkeit an die katholische Sache erhielt er 1539 das Erzbistum Armagh in Irland, ohne dies Amt indes antreten zu können. Statt dessen entsandte ihn die Kurie Ende 1540 im Gefolge des außerordentlichen Nuntius Campeggi, Bischofs von Feltre, zum Wormser Religionsgespräch, dem er als päpstlicher Theologe beiwohnte. In gleicher Eigenschaft treffen wir ihn 1541, dem Legaten Contarini unterstellt, während der Religionsverhandlungen in Regensburg. Nach deren Beendigung kehrte Vauchop an die Kurie zurück, mußte sich aber bereits im Anfang des folgenden Jahres aufs neue nach Deutschland auf den Weg machen, einer Anregung Morones entsprechend, der bei seiner Wiederausendung als außerordentlicher Nuntius die Beigabe einiger sittenstrengen bewährten Theologen gewünscht hatte. Unter diesen erscheint nun Vauchop in erster Linie<sup>2</sup>; in seiner Begleitung aber reisten Claudius Jajus und Nikolaus Bobadilla, neben Peter Faber die ersten Jünger Loyolas, die unser Vaterland betreten haben. Vauchop begab sich mit den Seinen erst nach Speier zu Morone, dann aber suchte er den seiner Wirksamkeit speziell überwiesenen Schauplatz, die Diözese Regensburg und Umgegend auf, wo er bis zum Jahre 1544 thätig war<sup>3</sup>. Auf diese Wirksamkeit, die sowohl dem Kampf gegen den Protestantismus galt wie ganz besonders die Reform des katholischen Klerus ins Auge faßte, werfen die nachfolgenden Briefe und Berichte ein helles Licht und bringen viele bemerkenswerte Einzelheiten, während auch für die Periode der Religionsverhandlungen von 1540 bis 1541 Vauchops Mitteilungen selbst neben dem reichen Material, was schon vorliegt<sup>4</sup>, nicht unwillkommen sein werden.

1) Über seine Familienverhältnisse enthält Nr. 263 einige Hinweise.

2) Vgl. die Instruktion für Morone vom 8. Januar 1542 bei Raynaldus 1542 § 5 (*tecum mittimus doctorem Scotum et alios nonnullos viros peritos et valde pios, qui tibi parent, quos a nobis petiisti, et quorum opera non parum adjumenti actionibus tuis praestare poterit*) und besonders die undatierte Instruktion für Vauchop und Jajus, gedruckt bei Duhr a. a. O. S. 594—596.

3) Über die Unterbrechung dieser Thätigkeit durch eine abermalige Reise nach Rom und Vauchops erneute Aussendung im Jahre 1543 vgl. die zweite Anm. zu Nr. 279.

4) Auch eine Anzahl von Briefen Vauchops aus dieser Zeit ist schon früher gedruckt worden, s. die nächste Anmerkung.



**260. Robert Vauchop, Erzbischof von Armagh, an Kardinal Aleander:** Verschleppung des Religionsgesprächs. Konnivenz einiger Katholiken gegenüber den Protestanten. Bevorstehende Erklärungen beider Teile über die Erbsünde und die Rechtfertigung. Übersendung einer Abhandlung Melanchthons und einer Philippica des Cochlaeus. 1540 Dezember 14 Worms <sup>1</sup>.

Aus Florenz Carte Cerviniane filza 4 fol. 101, Orig.

Protestantium diversitas et vafrities <sup>2</sup> hucusque me adeo suspensum tenuerunt ut quid certi R<sup>mae</sup> D. V. scriberem prius non habuerim et nunc etiam nichil scitu dignum habeam. colloqui preludia (credo propter quorundam Chatholicorum conniventiam — quos tanquam viscerales hostes admitti non debere frustra tentavimus — dolos Protestantium patientem atque his faventem) 19 novembris cepta in hunc usque diem protracta sunt. hodie responsio Chatholicorum circa articulos de peccato originali et justificatione proponi debet. quicquid adversarii respondebunt et quicquid decernetur, faciam R<sup>mam</sup> D. V. per primum nuncium certiozem. contendebant Protestantes comitorum istorum colloquium palam tractari aut scriptis et tipis publicari; restiterunt nostri; postremo de consensu presidentum nullo modo acta publicanda esse nisi ad futuram dietam Ratisponensem decretum est.

Mitto ad R. D. V. libellum Philipp Melanctonis de offitio principum, quem ego magna diligentia quesitum majori difficultate habui. respondit et Philippica est invectus Cocleus in eum libellum atque alios ejusdem duos. illam Philippicam ad honorandum d. Nicolaum Ardinguellium, San<sup>mi</sup> Domini Nostri secretarium, emandavi. R<sup>ma</sup> D. V. diu feliciterque valeat.

Ex Vormatia festinanter 14 decembris 1540 <sup>3</sup>.

**261. Vauchop an Aleander:** Einigkeit der Protestanten in der Glaubensfrage. Spaltungen bei den Katholiken. Verhandlungen zwischen Melanchthon und Nausea über die Zahl der

1) Im Codex des vatikanischen Archivs Nunziatura di Germania, vol. 58, fol. 19<sup>b</sup>—22<sup>a</sup>, 25<sup>a</sup>—29<sup>a</sup>, 29<sup>b</sup>—33<sup>a</sup> finden sich gleichzeitige Abschriften von sechs Briefen Vauchops aus Worms (1540 November 26 bis 1541 Januar 18), eines Briefes des nämlichen aus Nürnberg (1541 Februar 19) und eines aus Regensburg (1541 Februar 27). Sämtliche Stücke sind gedruckt von Moran im Spicilegium Ossoriense (Dublin 1874), p. 13sqg., fünf davon auch bei Lämmer, Monumenta Vaticana, nr. 187. 188. 195. 210 u. 213.

2) Zur Würdigung dieser Vorwürfe vgl. meine Studie über das Wormser Religionsgespräch in dieser Zeitschrift, Bd. XXI, 112ff.

3) Das Stück trägt aufser Vauchops Namensunterschrift auch die des Anthonius de Surje (ex mandato domini).



Kolloquenten und ihre Erwählung. Eingabe einer protestantischen Beschwerdeschrift an Granvella. Eine Veröffentlichung Melanchthons über die Priesterehe u. s. w. Näheres teilen die Depeschen des Nuntius Campeggi mit. 1540 Dezember 22 Worms.

Aus Florenz Carte Cerviniane filza 4 fol. 100, Orig. (praes. Romae 17 januarii 1541).

Etsi scio me R<sup>mo</sup> D<sup>ni</sup> Vestre jucundum nuntium non allaturum, tamen quia hic sum, ut et quid fiat recognoscam et si opus sit tractem, faciendum putavi ut, quoquo modo res colloqui se haberent, significarem. quas quidem magno cum dolore et prius intellexi et nunc scribo cum majori cordis affectione.

Protestantes (alioquin maxime diversi et varii in rebus fidei) contra ecclesiam veluti digiti manus coherent et suae sectae nephanda proposita pertinaciter amplectuntur et prosequuntur, sibi quae plures ex nostris conjungere continuo laborant et in suam sententiam trahere; in quam nuper comitis Palatini, Brandenburgensis electoris ac ducis Juliensis deputatos consiliarios descendisse<sup>1</sup> pro certo est, quippe qui decimo quinto hujus mensis a Catholicis se subtraxerint et singuli separatim scripturas super articulis propositis ediderint easque longe ab aliorum octo votorum opinione differentes. a reliquis octo votorum doctoribus cum rogati essent et moniti, postremo etiam quod facere vellent non faciendum esse rationibus validis convicti, responderunt se mandata suorum principum transgredi non posse. in hoc male Catholicis contigit habuisse inter se viscerales inimicos, quod quidem previderam jam dudum, cum scirem ex sex consiliariis quosdam propter heresim regno nostro, partim aliunde etiam proscriptos, alios apostatas et uxoratos contra bonos ecclesiae viventes mores. itaque sepius institi apud dominum Feltrensem ut ille omnibus modis contenderet et, si posset, efficeret quatenus illi a ceteris excluderentur, ne contagione aliquarum pecudum reliquum pecus inficeretur. fecique tum id impensius, ne Protestantibus jactantiae causa daretur postea, qua se (false quidem) hos principes ad se deflexisse et ipsorum animis opinionem eorum sectae inculcasse proclamarent, quod quidem illos facturos non dubito. factum est predictorum trium principum declamatione, ut undecim vota (quae utrique parti totidem ascripta sunt) ad pauciora redigenda esse putentur, non tamen ad tam pauca (vel saltem non ita eligenda) ut decima nona hujus Melancton domino Nausee Viennensi coadjutori persuadere nitentur. ita egit apud eum subtilissimus ille rhetor Philippus: primo de protractione et dilatione colloqui conquestus est idque multitudini imputavit,

1) Orig. decendisse.



volens vota utrinque terna esse; eos vero qui votis preessent, ita eligi debere, videlicet quod qui pro nobis votarent, a Protestantibus eligerentur, qui vero pro Protestantibus, a nobis. credo si ita Catholicis visum fuisset, illos non multum in electione nostrorum laboraturos fuisse, sed in promptu habuisse eos quos sententiae suae propugnatores non solum existimarent, sed penitus scirent et perfecte crederent futuros. scio saltem illos neque Ekium neque Jo. Mensingerum, suffraganeum Halberstadensem, fuisse electuros, quos prorsus excludi et a principio colloqui voluerunt et nunc idem contendunt. Protestantes heri apud dominum de Granvella vehementissime (et scripto querimonie libello) conquesti sunt quod publica disputatione et eo modo quo in recessu Haganoensi conclusum est, in his comitiis non procederetur.

Philippus Melancton superioribus diebus nephandum librum de conjugio sacerdotum, de episcoporum potestate et confutatione abusuum . . .<sup>1</sup> in lucem emisit (id profecto hoc precipuo tempore, quo de concordia tractatur, facere non debuit!), quem ego San<sup>mo</sup> Domino Nostro emandavi.

Mitto ad R<sup>mam</sup> D. V. litteras dicti suffraganei Halberstadensis, quibus rogo ut respondeas, ut eas ad te pervenisse intelligat. multa alia cum ex literis Rev. domini Feltrensis ad R<sup>mm</sup> cardinalem Farnesium<sup>2</sup> Dominatio Vestra R<sup>ma</sup> intellectura sit, non scribo. dominus Jesus Christus istorum malorum principia in bonos exitus convertat et R. D. V. consoletur, quae diu feliciterque valeat.

Ex Vormatia 22 decembris 1540 festinantissime<sup>3</sup>.

**262. Vauchop an P. Paul III.**<sup>4</sup>: Freut sich, dafs das Religionsgespräch ohne Schaden für die Kirche zum Abschluß gekommen und die Hoffnung der Protestanten, welche die Räte dreier katholischen Fürsten bestochen hatten, vereitelt ist. Kurbrandenburg neigt in den meisten Dingen zum Protestantismus. Schrieb früher über die eigennütigen Bestrebungen der Fürsten. König Franz als Hort der Deutschen. Englische Gesandte beim Kaiser. Kürze dieses Briefes. 1541 Januar 18 Worms.

1) Nicht mit Sicherheit zu lesen.

2) Ein ausführlicher Bericht Feltres an Farnese vom 23. Dezember 1540 befindet sich in Neapel, Carte Farnesiane fasc. 738, eigenh. Orig. (mit dem irrtümlichen Monatsdatum November); Abschrift im Arch. Vat. Nunz. di Germania, vol. 58, fol. 179<sup>b</sup>—184<sup>b</sup>.

3) Trägt außer Vauchops Namensunterschrift auch die des Anthonius de Surye („ex mandato“).

4) Vgl. das parallel gehende Schreiben Vauchops an Farnese vom gleichen Tage, gedruckt im Spicilegium Ossoriense.



Aus Arch. Vat. Lettere di principi vol. 13 fol. 18<sup>ab</sup>, mangelhafte Abschrift.

Beatissime pater. secundum spem et fiduciam nostram in Christo Jesu, quam litteris ad Sanctitatem Vestram nono decembris missis . . .<sup>1</sup> significavi, hoc colloquium, dolis et astutiis Sathane in fomentum . . .<sup>2</sup> pravitatis scismatice ampliacionis promotum, heri finem habuit sine ulla lesione atque sine aliqua ecclesie labefactione, quam tamen totis viribus inferre conabantur adversarii. trium catholicorum in prima articulorum oblatione dissensio et diversitas (de qua re brevissimum memoriale 15 decembris Sanctitati Vestre misi) nostros cautiores reddidit et ne Protestantes quod sperabant per hoc colloquium efficere assequerentur, obstitit. non latuit adeo crassa umbra istorum iniquitas, ut veritatis radiis celari potuerit. tandem enim in lucem venit istorum trium principum consiliarios ab istis corruptos esse; unde spes orta est non tam facile, ut crediderant, hos tres principes in eorum opinionem descensuros, quamvis de Brandenburgensi electore (quod jam in multis longe antea defecerit) infirmior<sup>3</sup> sit.

Rescripsi R<sup>mo</sup> cardinali Farnesio 7 hujus<sup>4</sup> quomodo tempore hujus colloquii quedam privata commoda et factiones principum tractate sint, de quibus Sanctitatem Vestram aliunde amplius informatam non dubito. ajunt qui Gallicis rebus in Germania incumbunt, regem eo affectu se in his gessisse, ut sibi conjunctos Germanos confirmaret et ut tutorem ac munitorem se redderet. duo oratores regis Anglie Cesarem ad dietam comitantur. excuset brevitatem<sup>5</sup> compendiosam epistole mee festinus cursoris discessus, de quo vix per horam<sup>6</sup> ante monitus sum. scribam per primum amplius.

Auditores tantum hic fuimus, sed apperiet Deus tempore suo linguas mutorum et surdos faciet audientes, qui veritate mendacia conteret et dolos sinceritate conculcabit. dominus Jesus Christus pias vestras per misericordiam suam impleat petitiones cum consiliorum animi vestri confirmatione.

Wormatie 18 januarii 1541.

**263. Vauchop an Farnese:** Ein Brief Farneses, der Hoffnung auf Rückführung der Abgefallenen gewährt, brachte ihm Trost in seinem Schmerz über den Tod seines Vaters, der

1) Es folgen die mir unverständlichen Worte: contemptam apud me.

2) Ebenso: hec tue.

3) Nämlich spes.

4) Gedruckt bei Moran sowie bei Lämmer l. l. p. 321sq., nr. 195.

5) So? Vorlage: conditatem.

6) So? Vorlage: omnia.



des Sohnes wegen von K. Heinrich VIII. in den Kerker geworfen, kurz nach seiner Freilassung starb. Vauchops Schwager ist noch im Gefängnis. Bitte um Hilfe zur Erledigung einer Schuldenlast; schrieb darüber schon früher an den Papst. Die englischen Gesandten hier. 1541 Januar 26 Speier.

Aus Parma Arch. di Stuto Carteggio Farnesiano, Orig. Erwähnt Duhr, Ungedruckte Briefe, S. 598 Anm. 1.

In tempore consolationem michi a domino missam non dubito, quum littere vestre 9 januarii conscripte <sup>1</sup> pervenerunt; eadem die alteras aliunde acceperam mortis patris mei indices. ex quibus cum gravem dolorem (ut omnes naturaliter hoc casu moveri solent) contraxissem, eum ita leniri ac remitti vestris perlectis sensi, ac si temporale dispendium spirituali lucro compensassem. dici enim non potest quantum existimatione vestra et opinione spes mea de reductione ovium errantium erecta et corroborata sit, cum R<sup>mam</sup> D. V. ita confidere ac censere de his rebus intelligerem: Deum videlicet propitium futurum, si nos patrocinio suo condignos redderemus. restat tamen adhuc non quidem de morte patris, sed de causa mortis (quod quidem quum ego non possim, secundum gratiam Dei patior) tormentum. eam ipsam causam etsi jandudum rescirem, nolebam tamen San<sup>mo</sup> Domino nostro declarare, confidens in Christo Jesu aliquando futurum ut prius de liberatione innocentis patris quam de detentione propter me, innocentem filium, Sanctitatem Suam certiozem facerem. de innocentia mea testabitur (imo vero gratia sua jam abunde testatus est) San<sup>mus</sup> Dominus Noster. accusatus sum falso apud regem nostrum de ambitione illius monasterii Dribourg, quo quidem quam lubenter me exuerim R<sup>ma</sup> D. V. novit. impositum est patri meo de nunciatione vacationis; veritas liberavit eum. a carcere dimissus rediens domum suam in via mortuus est. habeo preterea sororis mee maritum adhuc hodie (quia de ministrata ad expeditionem bullarum pecunia in suspitionem venit) in carceribus detentum; liberabit (spero) ipsum qui Suzannam falso insimulatam liberavit.

R<sup>me</sup> domine, tum benignitas vestra, tum de facultatibus meis (que in sola liberalitate San<sup>mi</sup> Domini Nostri consistunt) certissima cognitio faciunt ut et aliam necessitatem meam significem. cum michi San<sup>mus</sup> Dominus Noster predictum monasterium contulisset, abstinui octo mensibus continuis ab ea provisione quam michi Sanctitas Sua in stipendia dabat. quo tempore debitum ducentorum quindecim scutorum contraxi, quos ex redditibus monasterii refundere decreveram. consideret R<sup>ma</sup> D. V. michi neque ex monasterio neque ex parentibus meis, qui aut sic affliguntur aut de-

1) Nicht vorhanden.



tinetur, subveniri posse. scripsi de ea re ad San<sup>mum</sup> Dominum Nostrum<sup>1</sup>: mitto literarum exemplar, quia non redditas suspicor. rogo R<sup>mam</sup> D. V. ut pluribus afflicto ista tollatur afflictio. placeat R<sup>mo</sup> Dni V., ubi commoditas se obtulerit, de hac re R<sup>mo</sup> cardinali Anglie colloqui; dederam in cumulo suo illas literas, quia in hujus pecunie mutatione michi adjutor fuit.

Scripsissem vobis de oratoribus regis Anglie, nisi se amplissime de his ac eorum molitionibus scripsisse dominus Feltrensis hodie asseruisset<sup>2</sup>. dominus Jesus Christus ab istis ac aliis malis intentis ecclesiam suam liberabit, qui V. R<sup>mam</sup> D. in sua gratia semper conservet.

Ex Spira 26 quam festinatissime.

Vestrae Ill<sup>mae</sup> ac R<sup>mae</sup> D. servitor

R. Vauchop.

**264. Farnese an Vauchop:** Dank für einen an den Papst gerichteten Brief, der u. a. von der Zwietracht unter den christlichen Fürsten handelte. Campeggi wird abberufen; Vauchop und Badia sollen bei Poggio bleiben, der bis zum Kommen des Legaten für alles sorgen wird. 1541 Februar 5 Rom.

Aus Parma Arch. di Stato Carteggio Farnesiano, Konzept.

Mirifice delectatus est San<sup>mus</sup> Dominus Noster literis tuis, quas ad ejus Sanctitatem proxime dedisti: non quod quidquam quod magnopere delectaret haberent — adeo sunt omnia adversariorum artificii inculcata —, sed quod in his expressam quandam quasi imaginem animi tui aperti ac simplicis videret. quod vero de nostrorum principum discordiis scribis, etsi nihil novi San<sup>mo</sup> Domino accidit, fuit tamen ejus Sanctitati non injucundum ea ex tuis potissimum literis cognoscere; nec erant fere quae ad tuas epistolas haberem, reliqua ex meis ad Feltrensem episcopum literis intilliges.

Roma di 5 di febraro.

San<sup>mus</sup> Dominus Noster constituit ut episcopus Feltrensis redeat in urbem, tuque una cum magistro sacri palatii remaneas apud

1) Wohl auf diesen Brief antwortet Farnese in Nr. 264, wo er allerdings auf die hier berührte Angelegenheit nicht eingeht, sondern für alles Nähere auf ein parallelgehendes Schreiben an den Nuntius verweist.

2) Ein Schreiben des Bischofs vom 25. liegt vor, gedruckt von Dittrich im Historischen Jahrbuch Bd. IV, S. 656 f.; doch handelt es nicht von den englischen Gesandten; ebensowenig die nächstvorausgehenden Berichte Campeggis, sodafs die hier angezogene Depesche verloren zu sein scheint.



Poggium<sup>1</sup>, qui vobis non deerit in omnibus quae opus fuerint usque ad adventum R<sup>mi</sup> legati.

**265. Vauchop an P. Paul III.:** hat vernommen, dafs der Papst eine Reform der Kirche plane; beschwört ihn, es nicht bei der guten Absicht zu lassen, sondern seine Pläne zur Ausführung zu bringen. Schildert die Verkommenheit des katholischen Klerus in Deutschland. Luther schreibt gegen die weltliche Macht der Päpste. 1541 März 5 Regensburg.

Aus Neapel Carte Farnesiane fasc. 753 (früher fasc. 746), Orig. Erwähnt Duhr, Ungedr. Briefe, S. 598, 2 (irrtümlich als an Farnese gerichtet).

Exiit sermo bonus jam in omnes has partes, Sanctitatem Vestram . . . . . optimi conceptus circa reformationem parturire quem semper habuit. hic sermo bonis sine dubio in bonum cooperaturus est, vacillantes in obedientia ecclesie confirmaturus atque fidei hostes (si perseverantia ceptum sequatur) suppressurus. sola perseverantia meretur viris gloriam et virtutibus coronam, absque ipsa nec qui pugnat victoriam, nec qui vincit palmam consequitur; non coronabitur enim nisi qui fortissime certaverit. et qui perseveraverit in finem, hic salvus erit. faxit Jesus optimus maximus ut a suo sancto proposito Sanctitas Vestra non avertatur, pretextu etiam quorumcumque aliorum quomodolibet apparentium negotiorum, ne, dum gravibus morbis qui impendere putabuntur, Sanctitas Vestra occurrere velit, gravissimos qui jam partem corporis ecclesie infecerunt atque reliquam adoriuntur, vehementius sevirere et contagiose serpere permittat. arcebuntur vero comode que timentur, et tollentur mala que jam infesta sunt, in hostium confusionem, in eorum qui titubant stabilitatem, si reformationis remedium (quod sinceriolem et convenientiorem vivendi modum pariet) adhibeatur. hoc etenim pacto fiet ut Catholici exemplo bonorum morum redeant per sanam doctrinam ad vitam meliorem, et ut heretici ab errore dogmatum (si non statim ad imitationem bone vite redibunt) saltem ad fidem sane doctrine convertentur. necessitatis quippe est ut, sicut homines propter exempla male vite reliquerunt bona opera et tandem bonam doc-

1) Das Abberufungsschreiben befindet sich im Carteggio Farnesiano zu Parma, vom 6. Februar datiert (Konzept); es heifst hier auch: Il mastro del sacro palazzo et il dottore Scoto resteranno alla dieta col R<sup>mo</sup> legato, come per le altre ho scritto essere la mente di Sua Santità et come di nuovo scrivo a l'uno et l'altro per commissione sua, commettendo al nuntio Poggio che li proveggia di quanto havessero di bisogno dopo la partita di V. S. et inanzi all' arrivo del legato. Vgl. auch Lämmer, Monum. Vatic., nr. 208, p. 550; Pieper, Zur Entstehungsgeschichte der ständigen Nuntiatoren, S. 140.



trinam, ita per exempla sanctorum operum redeant ad sanam doctrinam et sanctos mores. mirum est supramodum, beatissime pater, quam nihil spiritus, quam nihil devotionis, quam denique nihil cultus in hac tota natione reperiat. loquor etiam quantum ad eos qui nomen habent quod vivant sintque Catholici.

In prelatis vix aliud gravius sentimentum reperio quam dolorem quendam de amissione bonorum temporalium ecclesie. in monachis ac monialibus adhuc quidam viget timor ne ejiciantur de locis suis. refriguit prorsus charitas, spiritus devotionis jam longe recessit ab eis, sacerdotes etiam publici concubinarii (id quod est universale in hac natione) satis sibi videntur Catholici, quia non credunt erroribus Protestantium. de secularibus pauciora scio; attamen hoc unum scio quod, licet nonnulli sint propugnatores et zelatores ecclesie, pauci tamen sunt qui perfectam cognitionem de animarum suarum malis habeant. quomodo fiet ut, qui in propria causa salutis eterne adeo frigent et sunt incurii, quomodo, inquam, fiet ut ad se eos trahant qui jam omnino abscissi sunt, imo vero qui in dies magis ac magis elongantur? oportet, beatissime pater, collabentes prius sese erigere quam collapsis manum ad sublevationem porrigere. id vero per reformationis viam facillime Sanctitas Vestra prestabit. ad quam etsi scio me temerarium hortatorem videri posse (Deus tamen scit quid respiciam hec scribens et quam observantissimus sim Sanctitatis Vestre), veruntamen id notum fieri Sanctitati Vestre mihi satis erit temerarios adversariorum ausus me horum verborum non tam temerarie, quam bone et sincere voluntatis eructatorem reddidisse, nempe quum ipsi spiritui multorum, quos maligna pravitare contaminarunt, per hanc reformationem lumen redditum iri metuunt atque inde scisma sopitutum, aliam nephandam seditionem excitare machinantur libro nuper per Lutherum lingua germanica edito, quo huic miserrime genti persuadere conatur summos pontifices injuste usurpasse ac per tyrannidem vendicasse quicquid temporalis jurisdictionis et domini habent.

Consideret Sanctitas Vestra quibus diabolicis artificis adversarii moliuntur, ut contagiosum scisma non solum nutriant, sed ut populos ad arma contra ecclesiam provocent. et recurat semper Sanctitas Vestra ad illud verum unum Christianismi malorum antidotum: reformationem. juret domino; votum vincat Deo Jacob, se non daturam oculis suis dormitationem et palpebris quietem, donec ecclesiam Dei reparaverit et muros sancte Hierusalem reedificaverit. non credo, beatissime pater, Sanctitatem Vestram oblivisci posse frequentissimas inspirationes divinas atque externas admonitiones, quibus hactenus Dei clementia secum usa est. audi igitur, beatissime pater, quid extra te, quid in te per prospera et adversa loquatur dominus, audi ploratus optimorum christianorum, quos immittit



Spiritus Sanctus pro pastore suo et pro ovibus. attende ad furores contra ecclesiam et Sanctitatem Tuam, quos suscitavit Sathan per ministros suos hereticos. contemplare oppressiones bellorum ceteraque mille incommoda corporum et animarum, quae omnia male optarent inimici tui venire super Sanctitatem Tuam et sanctam sedem. Deus per gratiam suam impetuosos ventos naviculam vestram agitantem cohibebit et cum opera Sanctitatis Vestre sedabit. unum superest quod me valde urget, ut tam affectuose reformationis consummationem salutarem Sanctitatis Vestre menti frequenter inculcem. Protestantes dicunt scriptas esse hactenus Rome reformationes, nihil adjunt ex illis executioni demandatum: idem nunc futurum expectant. confundat eos dominus in expectatione sua et Sanctitatem Vestram in cepto suo corroboret. Sanctitas Vestra diu feliciterque valeat et haec tam patienter legere dignetur quam benigne aliquando me audire non dedignata est.

Ex Ratispona quinta martii 1541.

**266. Vauchop an Kard. Marcello Cervini:** schrieb über das Religionsgespräch an Farnese. Die Verhandlungen werden sehr geheim gehalten, doch soll man über Rechtfertigung und gute Werke verglichen sein. Conferenzen vor Contarini, an denen Vauchop nicht beteiligt war, der sich jedoch dem Legaten zur Verfügung stellte. Was Vauchop Wissenwertes vernimmt, wird er stets berichten. 1541 April 30 Regensburg.

Aus Parma Arch. di Stato Carteggio Farnesiano, Orig. Erwähnt Duhr, Ungedr. Briefe, S. 598 Anm. 4.

Scripsi antea ad R<sup>num</sup> cardinalem Farnesium<sup>1</sup> quid sentirem de disputatione per Cesaream Majestatem decreta, quam quidem ita secretam esse ut collatio seu conferentia dici possit, et ita ordinatam et constitutam ut nullus praeter quatuordecim deputatos intromittatur percepi. intellexi etiam hoc sero per quendam mihi amicissimum de justificatione et merito bonorum operum esse concordatum; concordie tamen formam non explicuit, quam non dubito ac alia omnia accuratius ac certius per R<sup>num</sup> legatum perscribi. nempe superioribus diebus adscito secum magistro sacri palatii cum nostris tribus conferentibus negotium contulit et tractavit. ego, ut soleo me domi studii causa continere, hujusmodi convocationem et inter R<sup>mam</sup> Dominationem Suam ac ceteros tractationem non audiveram, atque cum hoc vesperi R<sup>mam</sup> Dominationem Suam adissem obtulissemque omnimodum quod Deo et ecclesie

1) Nicht vorhanden.



debeo et prestare possum offitium ac San<sup>mo</sup> Domino Nostro obsequium, respondit se in his consultationibus et tractationibus privato studio pientissimi prelati ac decori ecclesiae plurimum affecti agere, non publico legati munere, quod quidem cum exerceret, me una cum reliquis communicatum iri. interim (ut semper facere sum solitus) si quid audivero, rescivero, olfecero quod nostros cautiore reddere possit, quod in rem nostram redit, R<sup>mo</sup> legato indicabo et vocationi ad quam me indignum San<sup>mus</sup> Dominus Noster me<sup>1</sup> vocavit, non deero. cujus Sanctitatis pedes cum qua possum reverentia deosculor et R<sup>mam</sup> Dominationem Vestram gratia Dei diu foeliciterque valere precor sibi plurimum me commendo atque ut humilimum servitorem dedo.

Ex Ratispona festinanter ultima aprilis 1541.

R<sup>me</sup> Dominationis Vestre servitor

R. Vauchop.

**267. Vauchop an Farnese:** sein Eifer, Farnese mit Nachrichten über die Religionssachen und die Angelegenheiten der Fürsten zu versorgen, ist noch erhöht worden, seit er weiß, daß Farnese an seinen Mitteilungen Gefallen hat. Schickt und beglaubigt jetzt einen der Seinen, der allen diesen Verhandlungen beiwohnte, zu mündlicher Berichterstattung. 1541 Juni 8 Regensburg.

Aus Neapel Gr. Archivio Carte Farnesiane fasc. 955 Orig.

Ex quo R<sup>me</sup> D. V. placere intellexi ut quicquid cum de re religionis tum de principum privatis actionibus audirem, intelligerem ac sentirem, ad eam accurate omnia perscriberem, ad ea studia et operas quibus me prius ex injuncto michi a San<sup>mo</sup> Domino Nostro munere obligatum sentiebam, propensiozem animum sollicitamque curam adjunxi. effeci itaque ut ab eo tempore aut ex meis litteris aut Rev. domini episcopi Mutinensis nuntiatione (ipsi enim omnia que noveram fideliter semper retuli) cognoscere R<sup>ma</sup> D. V. potuerit. nunc cum unum ex his mittam qui michi a principio tractatus harum rerum affuit, nolui eum vacuum his ad te venire que te desiderare queque cognitione et scientia tua digna esse arbitrarer. eum igitur ut fert Tua Benignitas, benevole audies et iis que nomine meo coram dicet, eam fidem adhibebis quam si haberes michi ipsi, si presens R<sup>mae</sup> D. V. loquerer.

R<sup>ma</sup> D. V. diu feliciterque valeat.

Ex Ratisbona die 8 junii 1541.

1) So!



**268. Vauchop an Farnese:** Briefe Farneses erhalten. Gemeinsame Beratungen der päpstlichen Theologen und der Kaiserlichen über die verglichenen und nicht verglichenen Artikel. Das Regensburger Buch. Rücksichtnahme des Kaisers auf die Protestanten Protestantische Predigt, die der Kaiser kraft des gewährten Geleits dulden zu müssen erklärt; Contarinis vergebliche Schritte dawider. Bemühungen Vauchops, das katholische Element hier und in der Umgegend zu fördern. Die Türkenangelegenheit vor dem Reichstag. Unruhen in Halle und im Bremischen. 1541 Juni 22 Regensburg.

Aus Neapel Grande Archivio Carte Farnesiane fasc. 1757, gleichzeitige Abschrift. — Erwähnt daraus Duhr a. a. O. S. 598, Anm. 2.

Paulo antequam literae R<sup>mae</sup> D. V., singularis certe humanitatis vestrae testes, 28 maji datae ad me octava hujus perferrentur, unum ex meis Romam versus eodem die destinaram, qui San<sup>mo</sup> Domino Nostro et R<sup>mae</sup> D. V. (nulli autem alteri) quaedam memorabilia aut daret aut saltem communicaret. ab eo tempore, decima hujus, cepimus doctores pontificii cum Caesareis apud R<sup>mm</sup> legatum convenire, ut de eis quae tractata essent inter collocutos, discuteremus et iudicium nostrum daremus Caesareae Majestati. primo igitur propositus est nobis quidam libellus compendiose extractus ab eo quem prius in initio colloqui rejecerant; quem quidem etsi Cesarea Majestas sibi in Flandria datum dicat, tamen eum audio non solum (ut scripsi) a Gropero editum, sed etiam WORMATIAE conferentibus secum Martino Bucero et Joanne Sturmio ab eo compilatum; in eo articuli de quibus conventum est hinc inde, continentur forma verborum quibus concordati apparent articuli, ultra id quod inextricabile chaos est, etiam gladius anceps dici potest, cum quo adversarii a priori sua sententia non recedentes pugnare possunt et nos ut antea eo defendi.

Quaesitum est a me quid sentirem. ego vero ita respondi, ista latibula haeresum et resipiscentiae fucus omnino mihi displicere nosque illorum publicationi aut decisioni nullo modo assentire debere, presertim cum in reliquis articulis, in quorum parte (veluti in sacramento venerabili et sacrificio missae, in quibus fidei nostrae fortissima fundamenta jacta sunt) non concordaretur; nam hoc maxime in adversariorum favorem ac eorum sectae propagationem rediret. possent enim suis praedicare nos secum in istis articulis idem quod prius sentiebant consentire voluisse, in reliquis vero, quia (ut ajunt) ad tollendas papisticas



nundinationes et declarandas lucrorum larvas spectarent, noluisse condescendere. hoc pacto fierent posteriora pejora prioribus.

Placuit omnibus ea sententia et ut Caesareae Majestati referretur, quatenus nihil de approbatione libelli proferret, nisi et in aliis etiam gravioribus articulis convenirent.

Propositi nobis deinde codices sunt Protestantium (quos quidem una cum praedicto libello ad vos missos esse non dubito) super articulis de quibus non potuit concordari. perlegimus atque ex illis quae damnari penitus deberent et sine verae doctrinae directa lesione defendi non possent, collegimus, Caesareae Majestati articulatim digesta obtulimus.

Remisit voluitque ut non solum quae damnanda essent referremus, sed etiam de quibus adversarii bene sentirent, idque ne illi possent congerie errorum quos illis proponeremus exacerbari. ita semper timetur illis duplicere; sic remissione nostrorum accenduntur, sic patientia nostra abutuntur et (ut semper tulit omnium hereticorum consuetudo et natura) cum ovibus lupos agunt.

Non possum mihi ullam spem resipiscentiae istorum polliceri, tum quia illi quibus res religionis cordi esse deberent tepidi sunt, tum quod adversarii solito sunt pertinaciores et virus suum diffundere non cessant ac odiosam ecclesiam nostram populo facere quotidianis, quas hic habuerunt semper a principio conventus hujus et hodie habent, concionibus, ad quae vulgus copiose confluit.

Decima tertia hujus cum simul essemus omnes apud R<sup>mum</sup> legatum, archiepiscopus Saltzburgensis et episcopus istius civitatis <sup>1</sup> ad nos nuncios miserunt, rogatum nos in visceribus Jesu Christi, quatenus hujusmodi conciones jussu Caesareae Majestatis prohiberi possent. legatus de ea re Caesareae Majestati se locutum respondit, Caesarem vero illis id favore salvi conductus licitum esse respondisse. praelatos illos id moleste ferre non miror, utpote qui tot vigiliis, laboribus et curis, opera etiam ducum Bavariae gregem suum ab istis voracissimis lupis conservarunt, jam tandem praesente R<sup>mo</sup> legato et permittente Caesare devorari ab eisdem videant. profecto si hujusmodi est salvus conductus ut adversariorum praedicatoribus insanire sit concessum, eo tamen restringi deberet ne qui praeter suos furiosos et insanos admitterentur, secretiusque in quadam aula apud eos, non in spacio, capaci ac omnibus pervio loco predicaretur. hinc enim fit ut plebs novitatis avida illuc accurrens saepius bona vetera

1) Ernst von Baiern und der Bischof von Regensburg Pancratius von Sinzenhofen.



malis recentibus commutet. in quadam concione isti non sunt veriti in publico papam reliquosque episcopos muscis Aegypti comparare.

Decima septima legatus iterum de tollendis istis concionibus aut secretius habendis Caesareae Majestati locutus est. respondit se ut id fieret operam et auctoritatem interposituram. nichilominus hodie Lutheranismi asylum, quod apud landgravium erat, post ejus discessum ad palatium Georgii Brandeburgensis translatum est, in quo tam frequens populus convenit ut aliquando a vico audire cogatur, necnon etiam apud principem Anhalt, huc ab electore Saxoniae delegatum.

Interim quum hujusmodi conciones ullo modo tolli non possunt, quamvis a me importune oportune sit institutum, et quamvis R<sup>mus</sup> legatus monitus et Caesar rogatus, concionatores hujus civitatis hortari, monere, confirmare non cesso ut quantum alii in zizaniis, tantum ipsi in seminandis bonis frugibus sint diligentes, pro quibus a Deo uberrimam messem sint reportaturi.

In circumvicinis etiam locis, oppidis, urbibus quantum possum per bonorum virorum operas proficio ac per nonnullas (ut ita loquar) intelligentias de remediis, ad quae prestanda quam plurimos Deus opt. max. ecclesiae suae defensores et San<sup>mo</sup> Domino Nostro ministros reservavit. super his scribam amplius, cum a vobis responsum de meis memorabilibus habuero et quando Caesar aliquid de causa religionis constituerit; inde enim consiliorum nostrorum ratio dependet.

Sopito nunc religionis negotio de rebus Turcicis tractatur, in quibus et in aliis privatis rebus se a Protestantibus delusum Caesar palpare potest, veluti in publicis de fide negociis, quae quidem si strenue et intrepide tractasset, jam plane cognosceret privatarum rerum commoditatem et utilitatem ex publicis bene gestis emanare. nunc eo procrastinatione remediorum res deducta est ut nunc catholici principes post declarationem animi Caesarei, si inde res suas juvari non videant, aliis viis inter se cum San<sup>mi</sup> Domini Nostri favore et auctoritate sibi succurrendum esse destinant. amplius ferre non possunt cum omnia quae antehac damna et incommoda passi sunt, tum vero maxime ea quae tempore horum comitiorum per seditiones populares et impios tumultus instigante quorundam malignitate excitatos exorta sunt, veluti et in Halla civitate Maguntinensis cardinalis et in tota sua ditione archiepiscopus Bremensis experti sunt.

Dominus noster Jesus Christus potentiam Caesaris quadam animi alacritate sustentet, id quod facturum non diffido; alioquin constantissime spero etiam desperatis jam rebus San<sup>mi</sup> Domini Nostri invictum studium et pastorem sollicitudinem conjunctis bonorum principum animis facile istis impiis perturbationibus



hanc provinciam expurgaturum. gratia domini nostri Jesu Christi vobiscum.

Ex Ratisbona 22 junii 1541.

**269. Vauchop an Kardinal Cervini:** versichert, daß er sich die Religionssache werde angelegen sein lassen; teilt sein Urteil über das Regensburger Buch mit. 1541 Juni 22 Regensburg.

Aus Bibl. Vat. Cod. Ottob. 2366 fol. 226 Orig. (vgl. das nächste Stück).

Litteris quinto cal. junii <sup>1</sup> conscriptis R<sup>ma</sup> D. V. me hortata est ut in causam religionis viriliter incumberem, id quod etsi michi tum publico offitio (quod quidem unicuique Cristiano in defensione religionis competit), tum etiam privato munere, quod michi indigno commissum est hac in re, fuit semper ut est commendatissimum, tamen me singulari tua exhortatione ad idem vehementer excitatum negare non possum, qui jam tanti viri expectationi respondendum esse michi videam. ego igitur quamvis in hujusmodi negotiis R<sup>mus</sup> legatus propter usum rerum et eximiam prudentiam falli non possit, in iis que experientia didici queque bonorum hujus patriae virorum, qui mecum frequenter conferre solent, opera cognovi, non deero.

Superioribus diebus cum Cesareis doctoribus libellum quandam ad concordiam ineundam colloquentibus propositum diversosque codices a Protestantibus super his que noluerunt admittere propositos perlegimus, quos quidem una cum eodem libro ad vos missos non dubito et per plurimos R<sup>mos</sup> doctissimos et oculatissimos viros ad unguem (quod ajunt) examinatos. tamen R<sup>mam</sup> D. V. celare non possum quod sentio. itaque, quantum sex diebus obiter cum reliquis audiens (nunquam enim antea michi licuit privato eoque accuratori studio perpendere) colligere potui, libellus est hujusmodi qui potius in authore ostentationem sermonis, novitatem terminorum, incitationem verborum quibus solent uti adversarii heretici ab Augustino et Athanasio nobis prohibitam, prodat quam illius in profutura doctrina zelum. nam omnes articuli, sensus, verba, sententie in adversariorum doctrinam et opinionem trahi possunt exceptis quibusdam super quibus adversarii codices dederunt, alicubi etiam notas assignarunt. porro et in iis etiam pro parte illis favebat, aliquando quedam indiscrete permittendo, quedam etiam reticendo que necessaria expressione potius quam elaborato silentio indigebant. scripsi de hoc amplius R<sup>mo</sup> cardinali Farnesio <sup>2</sup>

1) 28. Mai; der Brief liegt nicht vor.

2) Nr. 268.



quicum omnes hosce tractatus R<sup>me</sup> D. V. communes esse intelligo, id facit ut quod uni vestrum dixerim, alteri repetendum non censeam. gratia Jesu Christi vobiscum.

Ex Ratispona 22 junii 1541.

R<sup>me</sup> D. V.

servitor

R. Vauchop.

**270. Vauchop an Kardinal Cervini:** Entrüstung über die Herabsetzung der Messe in protestantischen Predigten. Protestantische Pamphlete. Die Sentenz des Papstes gegen Heinrich von Braunschweig für den Bischof von Hildesheim. 1541 Juni 25 Regensburg.

Aus Bibl. Vat. Cod. Ottob. 2366 fol. 236<sup>b</sup>, Orig. (Nachschrift — auf gleichem Blatt — zu nr. 269).

Remorato cursore rogor unum evomere quod vel saxei hominis potuit cor exacerbare! nempe insolentissimam blasphemiam, quam in publica contione adversarii exclamarunt, videlicet missam audire esse omnium peccatorum<sup>1</sup> maximum, scelerum perniciosissimum, magis idolatrie propinquum, Deo magis odiosum. nescio quomodo non quidvis potius patimur, non absorberi, non nos membratim distrahi, quam hanc blasphemam vocem exaudiri tolleremus, presente ut religionem restauret Cesare, presentibus qui se religionis assertores, vere fidei plectores asserunt principibus! levitati maligne et odii instigationi facilius ignoscendum est, quibus scatentes libros divulgant diffamatorios (uti nunc unum in eam que a R<sup>mo</sup> cardinali Farnesio coram Cesare habita est Gandavi propositionem — cujus quidem consilium utinam sequuti fuissent qui emiserunt — edidere ac etiam alterum in Henricum ducem Brunsvicensem, quo eum in Germania urbium incendiarium, stipendiis pontificiis conductum, astruunt) quam demoniorum impie andacie, inferne themeritati, qua conspurcati accensi flagrantes in Deum ipsum in gratissimum sacrificium et saceratissimum insurgunt! posteriorem libellum omnes ut aperte mendacem rident, vel eo argumento ducti quod eodem tempore sententiam San<sup>mi</sup> Domini Nostri pro episcopo Hildesemensi contra Henricum Brunsvicensem hic impressam vident. dominus noster Jesus Christus ora maledicentium obturet et R<sup>mam</sup> D. V. diu feliciterque conservet.

Ex Ratisbona 25 junii 1541 festinatissime.

R. D. Vestre

servitor

R. Vauchop.

1) Orig. wiederholt esse nach peccatorum.



**271. Vauchop an Farnese:** kam nach Bologna; fürchtet Morone bis Speier nachreisen zu müssen, ist aber bereit dem Papst überall zu Willen zu sein. Erbittet eingehendere Instruktion und Beglaubigungsbreven. Empfiehlt sich und seine Gefährten Bobadilla und Jajus. 1542 Januar 15 Bologna<sup>1</sup>.

Aus Neapel Gr. Archivio Carte Farnesiane fasc. 955, Orig.

Ill<sup>me</sup> ac R<sup>me</sup> domine. heri praecedens societatem<sup>2</sup> mutatis equis veni Bononiam desiderans informari de domino Mutinensi, quem intellexi a domino gubernatore ante octo dies discessisse et Tridentum pertransivisse, nec est spes aliqua eum consequendo nos convenire posse usque ad Spiram<sup>3</sup>. quo si iverimus, erit difficultas itineris et temporis jactura non exigua. nam decreverat San<sup>mus</sup> Dominus Noster me cum altero istorum patrum societatis Ignatii in Bavariam et Ratisponam proficisci post conferentiam cum domino Mutinensi juxta informationem Suae Dominationi commissam. quocirca si ex itinere Ratisponensi a Henesponte<sup>4</sup> oppido Spiram deflectemus, viginti quattuor dies Spiram adeundo et Ratisponam redeundo consumemus praeter alias incommoditates et itinerum pericula quae hinc evenire possint. attamen ex animo cupio quibuscunque posthabitis et neglectis periculis menti San<sup>mi</sup> Domini Nostri satisfacere. quare obtestor atque obsecro R<sup>mam</sup> Dominationem Vestram ut per primum cursorem certior fiam de voluntate San<sup>mi</sup> Domini Nostri. literas R<sup>mae</sup> D. V. potero recipere Tridenti, Henesponte vel Augustae; prosequar enim continuo iter Spirense, donec aliter mihi significatum fuerit. si voluntas San<sup>mi</sup> Domini Nostri fuerit me recta adire Ratisponam, placeat R<sup>mae</sup> D. V. mihi mittere instructionem aliquam cum brevibus credentiae atque fidei mihi commissae necessariis, per illum patrem quem decreveritis adire dominum Mutinensem<sup>5</sup>. efficiam ut recipiam magis particularem instructionem juxta negociorum exigentiam. curabo deduci patrem illum secure Spiram, si illuc ipse non ivero. exequar

1) Nach Schlufs des Regensburger Reichstages hatte Vauchop sich nach Rom begeben; jetzt treffen wir ihn auf der Rückkehr nach Deutschland (vgl. die Vorbemerkung).

2) Die Gefährten Vauchops waren die beiden Jesuiten Nikolaus Bobadilla und Claudius Jajus (vgl. am Schlufs dieses Briefes).

3) Morone, damals als neue als Nuntius nach Deutschland und speziell auf den Speierer Reichstag gesandt, hatte am 4. Januar von Modena ab seine Reise angetreten (Pieper, Zur Entstehungsgeschichte der ständigen Nuntiaturen, S. 142); von Innsbruck aus schrieb er am 18. Januar an Farnese, er wisse nicht, ob er Vauchop (Doktor Scotus) und Gefährten hier abwarten könne, werde aber Weisung hinterlassen, dafs jener ihm nach Speier nachkomme, ove poi si delibererà di collocarlo, secondo potrà essere più utile. Lämmer, Monum. Vaticana, nr. 231, p. 399.

4) D. i. Innsbruck (Oenipontum).

5) Hierzu wurde der Jesuit Petrus Faber ersehen.



semper hoc (habito consilio comitis nostri laboris) quod magis videbitur expediens ad gloriam Dei et decorem ecclesiae; infirmitates meas et defectus si qui sunt supportetis quaeso et omnia boni consulite. me humiliter Sanctitati Suae et R<sup>mae</sup> Dominationi Vestrae cum sociis meis Claudio et Nicolao commendo. gratia Jesu Christi vobiscum.

Bononiae 15 januarii 1542.

**272. Vauchop an Farnese:** schwierige Reise in Eis und Schnee bis Trient. Sendung an den abwesenden Bischof; dessen Mitteilungen über den Reichstag und einen Landtag in Innsbruck. Über einen der Ketzerei verdächtigen Augustinereremiten, wegen dessen der Bischof beim Papst angegeben war. Über Wiedertäufer in der Diözese Trient. Lob des Bischofs. Bitte um Antwort auf nr. 271. 1542 Januar 24 Trient.

Aus Neapel Gr. Archivio Carte Farnesiane fasc. 747, Orig.  
Erwähnt Duhr S. 598, 8 (zum 23. Januar).

Ill<sup>me</sup> ac R<sup>me</sup> domine. pervenimus Tridentum vigesima prima hujus, passi difficillima propter continuum gelu itinera et post ingressum montium nives, ubi fuit necesse quiescere ad aliquot <sup>1</sup> dies ad equos fovendos. Rev. Tridentinus <sup>2</sup> aberat ad 20 milliaria, quem judicavi interim expediens visitare cum altero comiti hujus peregrinationis, maxime ut informaremur de rebus Germanicis. a quo intelleximus dietam translata in alterum locum a Spira propter pestem et delatam ad 25 hujus, et creditur adhuc longior futura dilatio, eo quod principes et domini territorii regis Romanorum convocati sunt ad 28 hujus apud Enepontem. Sua Dominatio non est itura ad congregationem hanc neque ad dietam, sed misit oratores suos ad dietam, fratrem suum cum domino barone Trucio <sup>3</sup> decano Tridentino. fuit aliquantum contristatus quod delatus esset apud San<sup>mm</sup> a fratre Ambrosio, procuratore ordinis Heremitarum sancti Augustini, quasi foveret quendam Nicolaum nomine hujus ordinis suspectum de heresi, quem circa kalendas augusti jam ejecerat e finibus suis, cum primum intellexerat hujusmodi suspicionem, sicuti Domino Nostro scripsit prolixius respondendo brevi Sanctitatis Suae, ex cujus tenore cognovit paternum erga eum affectum pie mentis, et decrevit imposterum non admittere aliquem predicatorem illius ordinis ob hanc causam in sua diocesi, eo quod multi inveniuntur non sane doctrine. habuit multum laborem diebus proxime elapsis ob nonnullos Anabaptistas, qui gratia Dei omnes publice

1) Orig.: aliquod.

2) Christoph von Madruzzo.

3) Otto Truchsefs, hernach Bischof von Augsburg und Kardinal.



adjurarunt heresim excepta una muliere quae auffugit. habuimus bonam consolationem de ejus visitatione et judicamus eum fortis et constantis animi in grege sibi commisso regendo ac vere zelatorem sedis apostolicae. conabimur apud Deum et omnes apud quos continget nos morando conversari, facere opera juxta intentionem hujus qui misit nos. fructus ipse loquetur. desideramus responsum literarum quas misimus e Bononia 15 hujus V. R. D., quam humiliter salutamus in domino Jesu, cujus gratia et misericordia vobiscum.

Ex Tridento 24 januarii 1542.

**273. Vauchop an Farnese:** gedenkt nächstens von hier mit Jajus nach Regensburg zu gehen. Die Protestanten verhalten sich auf dem Reichstage sehr kirchenfeindlich; auf katholischer Seite begehrt man dringend Konzil und Reformation. Vauchop sprach mit den anwesenden geistlichen Fürsten und mit König Ferdinand, welcher Reform der Kurie verlangt und den Nepotismus sowie die unkirchliche Gesinnung des Papstes anklagt. Die beiden Nuntien bethätigen sich eifrig. 1542 Februar 24 Speier.

Aus Arch. Vat. Lettere di principi vol. 12 fol. 330, spätere Abschrift.

Diligentia ac experientia R<sup>morum</sup> duorum nunciorum <sup>1</sup> in scribendo de rebus istic tractatis excuset meam taciturnitatem. spero hinc discedere Ratisponam versus una cum domino Claudio infra quatrimum; quo ubi appulero, qua potuero sedulitate quae occurrent R<sup>mae</sup> D. V. sepius scribam. in dieta ista Protestantes multa illicita moliuntur in grave damnum ecclesiae et universae religionis christianae subversionem, quae omnia judicantur praticata et praconcepta in novissimis comitiis per eos qui rem religionis semper leserunt. Protestantes et nonnulli consilarii principum catholicorum impudenter detrahunt San<sup>mm</sup> Dominum Nostrum, dicentes Suam Sanctitatem verba dumtaxat dare de concilio et reformatione atque numquam re ipsa aliquid neque exequi nec perficere, sed factis contradicere et semper in suos reformationem fugere. attamen gratia Dei cooperante curavimus omnem zelum et sincerum Suae

1) Vauchop „hieri con li compagni gionse qui tutto afflitto per l'incomodi patiti nel viaggio per li gran freddi et nevi, nelle quali ha lasciato il mulo morto con le robbe et un cavallo con un servitore infermo“. Morone 10. Februar 1542 aus Speier bei Lämmer, Mon. Vatic., nr. 233, p. 405. Morone selbst war am 8. nach Speier gekommen, ebendas. nr. 232, p. 403.

2) Morone als außerordentlicher und Girolamo Verallo, Bischof von Caserta, als ordentlicher Nuntius bei König Ferdinand.



Sanctitatis [studium] in restaurationem christianae religionis principibus catholicis innotescere. mirantur tamen omnes quod Sua Sanctitas non egerit cum Caesarea Majestate, ut non tam facile omnia concedat adversariis religionis catholicae. ostendimus etiam hac in materia Suae Sanctitatis operam et diligentiam nulla ex parte unquam defuisse. sum locutus admodum prolixè in singulis cum R<sup>mo</sup> cardinale Maguntino et episcopo Spirensi <sup>1</sup> cumque aliis ecclesiae praesulibus, qui offerunt in omnibus promptum animum, sed inveniunt difficilem executionem; in visceribus Jesu Christi humiliter orant ut omnibus respectibus neglectis ulterius non differatur concilium et interea Sua Sanctitas aggrediatur reformationem cleri in Italia, quod erit exemplum Germaniae clericis, ut facilius ad veram observantiam et vitae mundiciem reducantur.

Benevole me audivit Ser<sup>mus</sup> rex Romanorum et concessit amplum salvum conductum, et literas ad illustrissimos Bavariae duces et ad cives Ratisponenses mea causa scripsit. multa locutus est circa reformationem incipiendam per San<sup>num</sup> Dominum Nostrum in suis, ut inquit, nepotibus aliisque Suae Sanctitati assistentibus: si cupit plagam hanc curare, praebeat se primum exemplum! prolixum de istis rebus aliisque sedem apostolicam tangentibus sermonem habuit; sed quia Sua Majestas se eadem prius reverendis dominis nunciis enarrasse asseruit, illa non repeto. addidit rex se semper pia et bona mente cum ministris Suae Sanctitatis solitum de omnibus communicare. conatus sum juxta singula proposita sic informare ejus Majestatem, ut plenius intelligeret sincerum et promptum animum San<sup>mi</sup> Domini Nostri in presentiarum ac semper fuisse et ad concilium celebrandum et ad reformationem faciendam, si non obstetissent aliunde maxima impedimenta per dissensiones principum, ad quas sedandas et confirmandam in toto Christianismo pacem (adjunxi) Suam Sanctitatem nullis ad eam rem idoneis occasionibus praetermissis omnem operam continuo adhibuisse, diversis periculis se saepius exponendo. preterea dixi Suam Sanctitatem nolle fovere malos mores suorum parentum nec quorumcumque aliorum, persuadens regi multos citra judicium malevolentia et odio quodam ductos plurimis mendatiis eorum famam deturpasse.

Ad haec Ser<sup>mus</sup> rex ajebat nonnullos pontifices easdem nutrisse discordias quas Sua Sanctitas placare ac componere in dies pie et laudabiliter nititur. qua quidem in re summe gratulabatur Suae Sanctitati, verum admodum desiderabat ut interim non contemneret reformationem abusum et morum saltem cleri sui italici; ac talem animi fortitudinem et prudentiam adhiberet in ecclesiarum juxta canones splendorem instaurandum et coroborandum, qualem

1) Philipp von Flersheim.



in bona temporalia amplianda et conservanda diligentissime praestiterit. sic obstrueret ora obloquentium et oblatrantium Suae Sanctitati ac Romanae ecclesiae. omnes, inquit, mirantur Suam Sanctitatem tot congerere praelaturas citra delectum in unius personae usum, tot conatibus insistere suam familiam propagare et posteritati comendare, tot denique mercenarios ecclesiis praeficere neglecta illarum spirituali utilitate et animarum salute!

Ob singularem amorem et fidelitatem quibus prosequor Suam Sanctitatem et R<sup>mam</sup> D. V., haec fideliter referre volui, ut omnem curam impendatis vocationi vestrae satisfacere et occasiones (si quae sunt) maledicentibus adimere, ut in istis perniciosis saeculis forti animo satanae resistatis. hora est, levemus oculos nostros ad Dominum conversi a viis nostris pravis, nisi vellemus experiri magnae suae iracundiae flagella, cujus voluntati obtemperantes fiducialiter divinum auxilium expectemus et diligenti opera Suae Sanctitati confidamus, in hostes triumphum.

Uterque nuncius est boni odoris et laborat diligenter in negociis sibi creditis; nos cooperabimus secundum gratiam nobis datam in isto infermo corpore, et si multae se offerunt irrisiones et difficultates, non dejicimur, sed in omnibus gratias agentes Domino consolamur gratia et perseverantia. Jesu Christi vobiscum.

Spirae 24 februarii 1542 <sup>1</sup>.

**274. Vauchop an Farnese:** wirkt, unterstützt von den bairischen Herzögen und deren Räten, den Protestanten entgegen, die alle Mittel anwenden, u. a. fälschlich vorgeben, Herzog Ludwig sei ihnen geneigt. Vauchop sprach mit letzterem, er ist durchaus mit seinem Bruder Wilhelm eines Sinnes; Baiern wird auf jede Weise vor dem Protestantismus geschützt. Die Städte unterstützen Philipp von Hessen gegen Heinrich von Braunschweig. Die Pfalzgrafen begünstigen den Protestantismus; Osiander war bei Pfalzgraf Ottheinrich. In Regensburg behauptet sich der protestantische Prediger; Vauchop läßt dessen antikatholische Äußerungen in seinen Predigten notieren und denunziert ihn der geistlichen Obrigkeit; Baiern droht mit Sperrung der Zufuhr. Wünscht erweiterte Fakultäten für Pfründenverleihung u. s. w. und genauere Instruktion vom Papste für sein Vorgehen. Über Besorgung von Briefen und Sendung seiner Provision. 1542 Juli 21 Augsburg.

Aus Arch. Vat. Lettere di principi vol. 14<sup>a</sup> fol. 444<sup>b</sup>—446<sup>b</sup>,

1) Ein ferneres Schreiben Vauchops aus Speier vom 6. März sowie zwei Briefe aus seinem Bestimmungsort Regensburg über den Beginn seiner Tätigkeit dort vom 13. und 23. April 1542 sind gedruckt bei Duhr a. a. O. S. 600ff.



spätere mangelhafte Abschrift (einige Versehen sind im Abdruck sogleich verbessert).

Ostium magnum nobis apertum et ad fructificandum in clero Bavarico juxta <sup>1</sup> desiderium San<sup>mi</sup> Domini Nostri: habemus enim Ill<sup>mos</sup> principes maxime nobis faventes et eorum consiliarios amicissimos <sup>2</sup> semper paratos ad omnem operam suam nobis prestandam. et expediens erit ut aliquando diligentiam impendamus quatenus scandala tollantur, quo populus iste facilius conservetur in vera fide et religionis observantia. et in hoc principes officium nostrum et laborem desiderant. scio me infirmum corpore et spiritu, sed confidens in gratia Dei cum auxilio cooperantium spero quod dominus dabit incrementum. adversarii fidei multis viis, sicut in aliis provinciis, laborant hunc populum inficere, secrete libros suos seminando et primores civitatum consiliarios pecuniis corrumpendo, nec eos pudet manifestissima mendacia simplicibus persuadere, non solum San<sup>mo</sup> Domino Nostro ac clero detrahendo, sed etiam principibus prefatis. dixerunt enim Ratisponenses palam, ducem Ludovicum desiderare predicatores evangelicos Lutherane secte illosque admittere in sua ditione, propterea populum Bavaricum, invito principe Guilielmo, velle communionem sub utraque specie. que audivi a consiliario senatus Ratisponensis; hec et similia finxerunt fautores hujus perditae secte, quo facilius populum Bavaricum et presertim Ratisponensem <sup>3</sup> in hanc libertatem carnalem inducerent. ego hec et similia cum sale discretionis principi Ludovico aperui, quem inveni ejusdem animi et constantiae cum Ill<sup>mo</sup> suo fratre Guilielmo, statuitque inquisitionem fieri de libris per totam suam ditionem. hi principes congregant ad se doctissimos viros totius Germaniae nec parcunt expensis, videntes inconstantiam et deceptiones Lutheranorum principum et civitatum; diligenter vigilant circa suum populum, ditiones suas muniendo exercitatissimis militibus et aliis presidiis bellicis. videtis experientia quomodo Lutherani servant sua promissa et pacem Spire initam; civitates enim que quingentos milites dant pro expeditione Turcica, quatuormille destinarunt contra ducem Brunsvicensem in favorem langravi Assi <sup>4</sup> et laborant nacta occasione incitare populum omnem contra principes catholicos. principes Palatinatus libere permittunt predicatores Lutheranos in suis civitatibus et communionem sub utraque specie. istud est initium semper cupientium se scindere

1) Vorlage: justum.

2) So? Vorlage: amissimos.

3) Vorlage hat Ratispoli mentem dictos principes in hanc etc. — dictos principes ist wohl gänzlich zu streichen, es giebt hier offenbar keinen Sinn.

4) So!



ab unitate ecclesie. Otho Henricus nimis sumptuosam familiam tenens paupertate in hanc miseriam lapsus, tria opida Norabergensibus vendidit habuitque apud se Ozeandrum Norabergensem conditionatorem a vigesimo junii usque ad decimum julli. existimo doctorem Joannem Eckium fusius de his omnibus scripsisse, quem propter vicinitatem rogavi ut singula occurrentia scriberet<sup>1</sup>. sacerdotes sui dominii currunt ad conjugium, sed nonnisi licentia petita in cancellaria dicti principis et (ut ajunt) que non conceditur sine nummo. ista est utilitas carnalis licentie et impunitatis cleri! Ill<sup>mi</sup> duces multum laborant huic malo resistere et dictum Oethonem eorum affinem apud Engolstadium convenerunt in hunc finem, sed voluptuosa vita gladium suum non considerat. Lutherana hec colluvies non solum laborat ecclesiam confundere, sed etiam nobilitatem destruere.

Scripsi qua potui diligentia difficultates nostras Ratisponenses et novissime 18 hujus satis informavi Ser<sup>mm</sup> regem Romanorum<sup>2</sup> de eorum astutiis, qui nituntur prorsus hanc civitatem in Lutheranismum trahere. aderat dominus nuncius Cazertanus<sup>3</sup>. promisit Regia Majestas precipere senatui amotionem predicatoris Lutherani<sup>4</sup> omni excusatione semota; prius miserat litteras ad Rev. episcopum, capitaneum et ad senatum in hunc finem. capitaneus, qui est Caesaris commissarius Ratispone, obtulit se facturum ut deponatur, modo episcopus fungeretur suo munere, declarans eum hereticum vel saltem suspectum; episcopus meticulosus et pusilanimis nullum processum contra predicatorem facit. ego constitui quosdam auditores suarum concionum ad intelligendum ejus doctrinam. est parve doctrine, sed eloquens germanica lingua. in predicando utitur locis communibus illius secte hominum, sed nonnunquam ex abundantia cordis os aperte loquitur; inter cetera prefatus est scripturam aperte ostendere necessariam communionem utriusque speciei sacramenti; verum dixit expectandam permissionem ecclesie. risorie contra indulgentias feria tertia pasche<sup>5</sup> concionatus est; contra

1) Eck hatte auf Wunsch Vauchops am 16. Mai 1542 aus Ingolstadt an Farnese geschrieben (vgl. diese Zeitschrift Bd. XIX, S. 484 f., nr. 147); er giebt hier an, er schreibe gleichzeitig „fusius“ an Kardinal Cervini, doch liegt dieser letztere Brief nicht vor. Über Vauchop erzählt Eck in dem Brief an Farnese, dafs jener u. a. den Herzog Ludwig in seiner Residenz Landshut aufgesucht habe.

2) König Ferdinand berührte damals — am 19. Juli laut des Itinerars in Forsch. zur deutschen Gesch. I, S. 391 — Regensburg auf dem Wege zum (ersten) Nürnberger Reichstage, der in Sachen der Türkenabwehr berufen war. Über Ferdinands Stellung zu Regensburg vgl. Ranke Bd. IV<sup>4</sup>, S. 233; s. auch unten nr. 278.

3) Girolamo Verallo; vgl. das vorige Stück.

4) Erasmus Zollner.

5) Am 9. April.



venerationem imaginum, contra humanas consuetudines octava ascensionis <sup>1</sup>; in die sacramenti <sup>2</sup> pronunciato evangelio germanica lingua totum sermonem fecit de sortilegiis et auguriis; tribus sermonibus, videlicet die nativitatis sancti Joannis, sequenti dominica et die apostolorum Petri et Pauli <sup>3</sup>, persuadere voluit honorem sanctorum esse contra fidem, contra spem et contra caritatem, declarans preceptum: non adorabis deos alienos. que omnia semper ad episcopum detuli et ad decanum majoris ecclesie. rogavi doctorem . . . <sup>4</sup> jurisconsultum senatus et fauctorem hujus predicatoris, quod eum colloquendi gratia ad me mitteret; quod non valui assequi, tanta eorum est pertinatia. dominus Leonardus Eckius missus ab Ill<sup>mis</sup> ducibus Bavariae gravem et persuasoriam habuit orationem octavo hujus, exhortans eos ut desisterent a Luteranis suis factionibus; alioquin sui principes decreverant prohibere eorum subditis ne victualia aliqua inducerent Ratisponam. sed illi conati sunt deffendere suum predicatorem et responderunt se informaturos Regiam Majestatem super hoc negotio. querunt semper dilationes, ut sic populus inficiatur. sunt tres aut quatuor de senatu, qui causa sunt hujus mali; nos conabimur eorum perversitati resistere. huc usque semper processimus exhortatorie juxta tenorem instructionum R<sup>mi</sup> domini Mutinensis; sed si Vestrae R<sup>mae</sup> Dominationi visum fuerit curandum esse apud San<sup>mm</sup> quatenus mittatur nobis commissio et facultates <sup>5</sup> in conferendis beneficiis probatis et idoneis personis, quia hic multa simonia admittitur et idonee persone negliguntur, nos per Dei gratiam studebimus uti facultatibus ad magnam ecclesie edificationem, quia jam utcunque didicimus experientiam hujus provincie. opus est etiam auctoritate inquirendi et procedendi contra hereticos et scandalose viventes, qua non vellemus uti in communitatem aliquam, sed in personam (ex cujus punitione sequeretur evidens utilitas), quales non pauce reperirentur, et tunc exhortatio inveniretur habere fructum, cum timeretur gladius. placeat R<sup>me</sup> D. V. humiliter commendari ad oscula pedum San<sup>mi</sup> Domini Nostri, optarem maxime intelligere voluntatem Suae Sanctitatis et quem ordinem velit me observare in tractandis hic negociis. nullas post discessum ab urbe habui litteras a R<sup>ma</sup> D. V.; omnia bono animo fero.

Veni huc ad providendum super literis secure mittendis et recipiendis in posterum. supplico provisionem meam deinceps mitti cum provisione R<sup>mi</sup> domini nuncii Cazertani. Jesus Christus.

1) Am 25. Mai.

2) Am 8. Juni.

3) Am 24., 25. und 29. Juni.

4) Unleserlich.

5) Vorlage: facultatem statt et facultates.



V. R<sup>mam</sup> D. confirmet in omni bono. Auguste<sup>1</sup> 21 jullii 1542<sup>2</sup>.

**275. Vauchop an Kard. Cervini:** wohnte der Weihe des Bischofs von Eichstädt durch den B. von Augsburg bei. Die Lutheraner suchen vom Konzilsbesuch abzuschrecken; der Nürnberger Reichstag soll statt dessen den inneren Frieden ohne Rücksicht auf die Religionssache herstellen. Die Ausstreuungen der Lutheraner finden vielfach Glauben; Vauchop tritt ihnen nicht ohne Erfolg in Baiern entgegen. Der B. von Augsburg suchte sich vom Konzilsbesuch zu entschuldigen, wie sich schließlic herausstellte, weil er fürchtet, als Lutheraner zu gelten. Vauchop suchte ihm das auszureden. Er rät, ihn und den Eichstädter mit Milde zu behandeln und letzterem in der Angelegenheit der Würzburger Propstei entgegenzukommen. Der Bischof von Regensburg versprach zu kommen; der Erzb. von Salzburg verspricht das Beste, doch ist er nicht zuverlässig. Vauchop bemüht sich um Hebung der Universität Jngolstadt; schickt eine Denkschrift Ecks. Wünscht für sich und Jajus erweiterte Befugnisse. 1542 Oktober 1 Salzburg.

Aus Arch. Vat. Armar. 62 (Conc. Trid.) vol. 42 fol. 3<sup>a</sup>—5<sup>a</sup>, Abschrift; einige Bruchstücke gedruckt bei Raynaldus, *Annales Ecclesiastici* 1542 § 45 aus der nämlichen Vorlage.

Ill<sup>me</sup> ac R<sup>me</sup> domine. decimo septimo hujus interfui consecrationi rev. domini. episcopi Aistettensis<sup>3</sup>, ubi omnia rite cum debita reverentia juxta morem sanctae matris ecclesiae Romanae sine superfluo apparatu celebrata sunt. executor principalis officii fuit rev. episcopus Augustensis<sup>4</sup>. ille habet maximam experientiam omnium rerum hujus provinciae et conspirationum Lutheranorum, qui omnibus<sup>5</sup> viis conantur celebrationem concilii impedire et variis argumentis laborant inducere praelatos et principes catholicos ad non comparendum in contemptum San<sup>mi</sup> Domini Nostri et ecclesiae, nunc timore difficultatum hiemis et bellorum, nunc detractionibus et mendaciis, dicentes pontificem dare solum verba et quod indixerit concilium in incapaci loco et

1) Vorlage Auste.

2) Zwischen diesen und unseren nächsten Brief gehört ein von Duhr S. 608f. gedruckter Brief an Cervini vom 13. September über die Zustände in Baiern und der Oberpfalz und die Sittenverderbnis des Klerus.

3) Moritz von Hutten, Bischof seit 1539.

4) D. i. der reformfreundliche Christoph von Stadion, seit 1517. Er starb bereits im April des nächsten Jahres 1543.

5) Hier beginnt der Abdruck bei Raynaldus, der mit mehreren Auslassungen bis elongationem et absentiam reicht (s. d. drittnächste Anmerkung).



in incongruo tempore, scilicet perturbationum et emotionum omnium fere principum christianorum et provinciarum, sciens concilium hujusmodi non posse sortiri suum effectum. et publice jactitant San<sup>num</sup> Dominum Nostrum fatere unum vel alterum prelatum accessisse Vincentiam, nunc vero affirmant nec unum compariturum. et credo in hunc finem eorum procuratione constitutam dietam futuram Norembergae in novembri, quam, ut asseruit mihi prefatus dominus Augustensis, dicunt duraturam per sex menses, intendentes tractare in ea dumtaxat concordiam principum et provinciarum Germaniae absque ulla mentione fidei, sicut dicebat. et vere (quod dolenter profero) invenio plurimos etiam ecclesiasticos plus inherere eorum mendaciis et credere quam litteris apostolicis. et ad his malis occurrendum constantissimum animum San<sup>mus</sup> Dominus Noster<sup>2</sup> ad prosequendum suum sanctum propositum sine ulla ulteriori dilatione juxta tenorem litterarum Suae Sanctitatis, quae domino ita disponente impedimentis his omnibus previsis emanarunt consultissime.

Ego Deo pulsante usus sum non parvis diligentis et credo quod fructus ipse loquetur, praesertim provinciae Bavaricae, ad quam indignus sum missus. hortatus sum quantum potui charitatis fervore praefatos dominos episcopos juxta formam juramenti emissi, ut personaliter accederent concilium. multa impedimenta adduxit Augustensis, non se excusans, sed recusans hoc iter: primo ratione dietae jam dictae imperialis, ad quam ut asserit debet personaliter comparere; secundo quod esset illic futurus commissarius Caesareae Majestatis; tertio allegavit periculum invasionis et devastationis suorum subditorum et possessionum ecclesiasticarum per Lutheranos (sicut nuper contigit duci de Brunswick) imminere per ipsius et aliorum praelatorum elongationem et absentiam<sup>3</sup>; quarto ambigebat nihil boni in hoc concilio posse fieri, imo aperte negabat ejus progressum. multa alia addidit, quae non sunt calamo committenda, dicens se [et] alios expositos malis omnibus et periculis a capitibus. has rationes confutavi variis modis et allegationum formis, eum alliciens et persuadens in Christo Jesu ad considerationem officii sibi crediti et executionem debitae obedientiae, qua potui animi constantia, cum dulcore<sup>4</sup> tamen sine ipsius irritatione, etsi in hoc satis me excitavit zelus domus Dei et reverentia qua teneor Sanctitati et sanctae sedi, cujus operam indefessam et animum infractum ad se offerendum usque in holocaustum pro splendore domus Dei restaurando illi et aliis satis

1) Raynaldus: jactitant cum San<sup>mi</sup> D. N. offensione unum statt wie oben.

2) Hier ist etwas ausgefallen, wie: habere debet oder ähnlich.

3) Ende der bei Raynaldus l. I. gedruckten Bruchstücke.

4) So!



expressi. tandem subjunxit (forsan animi sui commotionem appetens) se nolle ire ad se sacrificandum! quod verbum statim non intellexi; cum tamen saepe ambos <sup>1</sup> simul et utrumque seorsum convenissem, audivi ipsos delatos apud Sanctitatem velut Lutheranos. quare rursus eos pie exhortatus sum ut hunc timorem evacuarent existimarentque Sanctitatem [Suam] hujus prudentiae et innatae bonitatis [esse] ut non facile aures accomodet detractoribus, multo minus hujusmodi hominibus fidem exhibere, conciliumque vocasse non ut invicem membrorum corporis ecclesiae fierent exprobrationes, aut inter caput et membra mutue detractationes seu accusationes, sed ut omnibus negligentis posthabitis mature et tranquille omnes praelati libere audiantur in his quae judicaverint proponenda secundum Deum, ejus gloriam et ecclesiae decorem ante oculos habentes; sicque patrum votis, spiritu sancto autore et direttore, consulatur ecclesiae imposterum viis et mediis opportunis. et hoc sperandum est adeo et expectandum fiducialiter, ut qui nunquam defuit sinagogae de tribulatione clamanti cum lachrimis poenitentiae, nunc ecclesiae suae, quam acquisivit in sanguine unigeniti sui Jesu Christi, oportune succurret, et ubi videtur deficere prudentia, cum desperatur remedio humano, tunc ibi evidentius solet clarescere divina protectio et auxilium. haec et similia benevole audiens fatebatur dominus Augustensis sibi significatum papam eum reputare pro heretico, rogavitque quatenus scriberem Sanctitati ejus causa, ut videlicet non credat his famam ejus denigrantibus, affirmans se semper observasse et observatum omnia statuta et sanctiones ecclesiasticas, donec ecclesia aliter discernat.

Etsi solitus est libere loqui de mediis pacis in consiliis etc., erit expediens meo judicio ut Sanctitas scribat sibi breve benevolum desiderando ejus presentiam, quae erit perquam utilis; fiat mentio me super ista sinistre delata opinione Suae Sanctitati scripsisse.

De Aistettensi non est quod de eo in aliquo male suspicetur, quia satis experientia probavi ejus constantiam, utcumque turbabatur propter processum, quem habet cum Rev. domino Joanne Alberto nepote R<sup>mi</sup> Maguntini super praepositura Herbipolensi. bonum esset hanc controversiam componere. hoc solum desiderat ut ipsi fructus liquidentur, et sic acquiescere judicio concistorii in gratia concessa parti adversae, quam intellexit laborare pro censuris in ipsum, quae essent nimis periculosae hoc tempore, consideratis vicinis suae diocesis. decrevit personaliter adesse concilio et obviam ire San<sup>mo</sup> Domino Nostro.

Alios praelatos inveni etiam satis tepidos et pigre se preparantes.

1) D. i. die Bischöfe von Augsburg und von Eichstädt.



noster Ratisponensis <sup>1</sup> pollicitus est personaliter adesse. verum ipse, ut alii hujus provinciae, expectant audire S. D. N. ab urbe hoc iter aggressum, referentes se voluntati Ill. domini Saltzburgensis <sup>2</sup>, quem coactus fui convenire ratione sui sororii Palatini Ottonis Henderici et ratione concilii. offert se pariturum voluntati San<sup>mi</sup> Domini Nostri et effecturum ut ipse cum suis provincialibus personaliter accederet concilium, ubi primum intellexerint ejus progressum. quantum ad ejus sororium Ottonem, sperat non ultra progressurum in hoc suo malo incepto. multi heri in his locuti sunt <sup>3</sup>. vereor ipsius inconstantiam, quare jam pollicitus fuerat Ill<sup>mo</sup> duci Willelmo multa quae non servavit. de his scripsi 13 hujus Vestrae R<sup>mae</sup> Dominationi <sup>4</sup>; ipsius inconstantiam ex litteris quas mihi misit dominus doctor Joannes Echius percipere poteritis. fusius omnia declarabit later presentium familiaris meus, cui dignetur R<sup>ma</sup> Dominatio Vestra fidem adhibere, qui in rebus hic tractatis nobis fideliter adfuit <sup>5</sup>.

Clerus hic multum deficit. laboravi ut potui restituere universitatem Inglostadiensem, quam expediret privilegiis dotare, ut sic allicerentur studiosi, super quo mitto memoriale scriptum manu domini Echii <sup>6</sup>. optarem illam institui adinstar universitatis Parisiensis. caetera quae hic aguntur, sicut vidit et audivit, referet later. commendo me una cum domino Claudio ad oscula pedum San<sup>mi</sup> Domini Nostri.

Majorem fructum sperarem, si diligentius nobis responderetur de provisione et esset nobis autoritas et facultas gratiarum. in omnibus nos submittimus Sanctitatis [Suae] prudentiae et vestrae discretioni. labores nostros boni consulite, gratia Jesu Christi vobiscum.

Saltzburgae primo octobris 1542.

**276. Vauchop an Ungenannt <sup>7</sup>:** Die Kommunion sub utraque wird hier jedem freigestellt; die katholischen Priester sind lau und sittenlos. Rückgewinnung der Stadt ist nicht ausgeschlossen; schrieb darüber an die Nuntien Poggio und Verallo. Man schuldet ihm 250 Dukaten, deren er dringend bedarf. Geht demnächst nach Ingolstadt. Jajus bleibt zurück. 1542 Oktober 30 Regensburg.

1) Pankraz von Sinzenhofen 1538—1548.

2) Herzog Ernst von Baiern 1540—1554.

3) So! Zu lesen: multum — sumus?

4) D. h. am 13. September; vgl. S. 463 Anm. 2.

5) Dessen schriftlicher Bericht liegt in Nr. 278 vor.

6) Nicht vorhanden.

7) Etwa an Morone? Die Nuntien und die Kardinäle Farnese und Cervini werden im Briefe erwähnt, können also nicht Adressaten sein.



Aus Parma Arch. di Stato Carteggio Farnesiano, Auszug (ex literis doctoris Scoti).

Post decessum nostri servitoris <sup>1</sup> senatores hujus civitatis admiserunt communionem sub utraque specie publice in nova capella Virginis Marie omnibus volentibus, de qua scripsi R<sup>mo</sup> Sancte Crucis <sup>2</sup>. clerus hic permittitur et perseverat in cultu ecclesiastico, sed est parum zelosus et mali exempli. incorrectio est causa hujus mali, tamen facilius succurreret huic civitati quam antea. seductores hujus civitatis bene cognoscuntur, de quibus et eorum factionibus satis prolixè scripsi nuncio San<sup>mi</sup> Domini Nostri apud imperatorem commoranti <sup>3</sup>, ut imperatorem de hiis informaret. similiter domino episcopo Casertano nuncio apud regem Romanorum, et ut San<sup>mo</sup> de his et aliis scriberet. referatis hoc R<sup>mis</sup> Farnesio et Sancte Crucis cardinalibus.

De provisione scripsi frequenter prefatis dominis meis et domino datario. debentur michi nunc 250 scuta et ego illa hic debeo quasi omnia. et nunc multum indigeo, quia habeo gravissima tractare, nec vellem quod istic necessitas mea cognosceretur. non possum nunc prolixius scribere, laborabo constanter pro causa Dei secundum gratiam datam in hoc infirmo corpore. statim proficiscor in Inglistadio ad congregationem ducum Bavarie, relicto hic fratre nostro domino Claudio.

Ratisponae 30 octobris 1542.

**277. Vauchop an Morone:** Regensburg, durch den Sieg des Landgrafen von Hessen über Herzog Heinrich von Braunschweig ermutigt, führte die Kommunion sub utraque ein und berief aus Nürnberg einen zweiten protestantischen Prediger. Die in Speier bestätigte Regensburger Deklaration ermöglicht derartige Fortschritte des Protestantismus. Baiern droht mit Verkehrssperre. Wenn der Kaiser energisch durchgreift, ist die Stadt leichter zu gewinnen, als man glaubt. Baiern erwehrt sich der Lutheraner. Baiern hat drei pfalzneuburgische Orte gekauft. Verwendet sich für den Bischof von Eichstädt. Ein (angeblicher) schottischer Sieg wider England. Torgauer Tagfahrt der Lutheraner, die Clevische Angelegenheit. Nürnberg verhinderte Zuzug zum Heere der protestantischen Fürsten. 1542 November 24 Ingolstadt.

Aus Arch. Vat. Armar. 62 (Conc. Trid.) vol. 56<sup>b</sup>—57<sup>b</sup>, Abschrift.

1) D. i. der Überbringer von Nr. 275 (decessus im Sinne von discessus).

2) Wohl in einem verlorenen Briefe zwischen dem 1. und 30. Oktober.

3) Giovanni Poggio, langjähriger Nuntius bei Karl V.



Scio amicissimum vestrum dominum Bonacurtium <sup>1</sup> retulisse R<sup>mae</sup> D. V. singula quae hic aguntur et quae egerit cum Regia Majestate ad occurrendum impio facto senatorum Ratisbonensium, qui, intellecta victoria lantgravii contra Brunsvicensem, statuerunt scholam Sathane in nova capella virginis, admissa communione sub utraque specie et praedicatore quodam Nurembergensi <sup>2</sup>, qui blasphemiis et contumeliis execratur sacrificium missae, altero praedicatore suo, scilicet qui fuit parochus tempore dietae apud sanctum Emeramum, seducente populum apud sanctum Dominicum.

Istam temeritatem bis impediveram in aestate, et si fuisset provisum per regem et superiores juxta scripta nostra, istud malum non venisset praedicatore submoto, contra quem non est processum. defectus disciplinae et declaratio facta in favorem Lutheranorum cum ejusdem confirmatione concessa Spirae per regem causa est istorum malorum. clerus adhuc permittitur in suo cultu, sed parum zelatur pro religione, excepto parrocho uno, scilicet Udalrici, qui multum laborat confirmare populum in catholicis veritatibus et multi ejus sermones sequuntur.

Ill<sup>mi</sup> duces Bavariae decreverunt huc mittere suos consiliarios ad hortandos senatores, ut desistant. et illis denegantibus omnino statuerunt prohibere eis victualia et commertia suorum subditorum cum eis.

Scripsi domino nuncio Poggio de remediis ad informandam Caesaream Majestatem, cujus Majestati dominus capitaneus Ratisbonensis etiam scripsit. videtur utrique nostrum facillime subvenire huic civitati, si Caesarea Majestas voluerit, et forsitan facilius quam aliqui credant, quia de eis multa secreta revelantur et autores principales cognoscuntur, qui a multis annis laboraverunt istam civitatem perdere, quibus punitis a Cesare succurreretur. nondum sunt confoederati Protestantibus. de his satis sapienti.

Lutherani variis viis et machinationibus conati sunt corrumpere Bavariam, quibus cognitis constanter principes restiterunt.

Domini Leonardus ab Egk, dominus Bonaccurtius et Weisenfelder zelosi laborant pro religione et nos fideliter adjuvant.

Principes decreverunt fieri inquisitionem publicam et secretam per suam totam ditionem, et amovere personas suspectas ab officiis, nisi resipiscant et manifeste probaverint se ambulare in catholicae religionis observantia. ordinarunt remove constitutiones factas sub paenis statutis. statuent tempus ad resipiscendum, post quod procedent durissime contra delinquentes.

1) Bonacursius Grynaeus, herzoglich baierischer Sekretär.

2) Vgl. S. 470 Anm. 1.



Datur ordo parrochis, ut fideliter informant subditos suos in veritatibus catholicis, ne seducantur ordinationibus et libris Lutheranorum, quos volunt statim praefectis loci tradere comburendos etc. dominus Leonardus ab Ekg istam executionem diligenter procurat.

Decreta est hic emptio trium civitatum Othonis Henrici Palatini, videlicet Gundelfingen, Lochstat et Lauingen, quas civitates Ulmenses laborabant emere. de his et aliis latius scribam R<sup>mae</sup> D. V., cui commendo negocium Rev. episcopi Eistetensis <sup>1</sup>, de quo scripsi per suum familiarem in literis publicis. erat ipse in itinere Tridentino, si non venisset sibi rumor hujus sententiae. commendo me humillime R<sup>mae</sup> D. V. et ceteris R<sup>mis</sup> dominis meis dominis apostolicis legatis <sup>2</sup>. cepta vestra ad suam gloriam omnipotens perducatur.

Conflictum gravissimum factum in Scotia nostra victore rege nostro per gratiam Dei in defensionem catholicae religionis contra regem Angliae credo vos jam diu intellexisse <sup>3</sup>.

Ingolstadii raptim 24 novembris 1542.

Lutherani hoc mense habuerunt dietam apud Torgau, et dicuntur ducem Saxoniae cum lantgravio decrevisse ferre opem duci Clevensi, ut restituatur in suum statum Juliacensem.

Ante 8 dies Nurembergenses cogerunt redire quosdam suos milites ad illos euntes, quorum nonnullos carceribus adhuc detinent. utinam hac via dissensio inter civitates et principes lutheranos sequatur. Augustani multum muniunt suam civitatem rescissis hortis etc.

**278. Vauchops Abgesandter <sup>4</sup> an [Farnese oder Cervini?]:** berichtet über Vauchops Thätigkeit in Regensburg. Seine vergeblichen Versuche den Rat der Stadt zur Entfernung ihres lutherischen Predigers anzuhalten, was auch die Drohungen Baierns, an welches Vauchop sich gewandt, nicht bewirken. König Ferdinand kommt nach Regensburg; Vauchops Unterredung mit ihm; Ferdinand beläßt den Prediger in der Stadt. Ohne Vauchop wäre letztere mit der ganzen Umgegend jetzt völlig protestantisch; doch fehlt jenem die Unterstützung durch die

1) Vgl. auch Nr. 275 und 278.

2) Nämlich den Kardinälen Parisio und Pole, neben Morone Legaten des nach Trient ausgeschriebenen Konzils, wo sie im November eingetroffen waren.

3) Bekanntlich erlitten im Kriege gegen England die Schotten bei Solway-Firth eine Niederlage, die König Jakob V. sich so zu Herzen genommen haben soll, dafs er kurz darauf starb.

4) Vgl. Nr. 275.



öffentliche Gewalt. Die Pfalzgrafen Ottheinrich und Friedrich sind durch Vauchop bewogen worden, von Einführung des Protestantismus einstweilen abzusehen; es ist aber nötig, daß das Konzil unverzüglich begangen werde. Auch den vertriebenen Herzog Heinrich von Braunschweig hat Vauchop im Katholizismus erhalten. Claudius Jajus steht ihm treu zur Seite. Ein Gesuch Baierns an den Papst. Streit zwischen dem Bischof von Eichstädt und einem Neffen des Kardinals von Mainz um eine Pfründe. Lob des Bonacursius; Empfehlung eines Sohnes Leonhards von Eck, der in Bologna studiert [Rom, etwa Ende 1542.]

Aus Rom Bibl. Barberin. cod. XXXIII, 38 fol. 121<sup>a</sup>—123<sup>a</sup>, spätere, schlechte Abschrift (zahlreiche Fehler sind im Abdruck ohne weiteres verbessert).

Summarium quoddam de illis rebus quae per doctorem Scotum actae fuissent Ratisponae.

R<sup>me</sup> domine. ut commodius, immo facilius apperire potuisssem R<sup>mae</sup> D. V. ac Illustri quicquid hucusque per d. doctorem Scotum Ratispone actum fuisset, visum mihi fuit scriptis inserere.

Res ita se habet ut vidimus et attestare possumus. singulis mensibus R<sup>me</sup> D. V. ceterisque quicquid illud ageretur scripsit secundum commissionem sibi datam. attamen nihil quicquam responsi habuit [nisi] semel duntaxat a D. V. Illustri, et in hoc non poterat satis admirari, immo me indignum misit ut si quid obstaret certo sciret.

Imprimis cum ejus Dominatio Ratisponam adveniret, apparabantur cedilia, immo locus ipse jam destinatus erat coenobio Jacobitarum ad audiendum concionatorem Lutheranum, qui quidem missus erat a Norambergensibus<sup>1</sup>; sed postquam intellexerunt adventum d. doctoris, dolose obticuerunt. statim dictus dominus vocavit ad se doctorem civitatis nomine Heltre<sup>2</sup> et alios nonnullos ex senatu, cupiens illos abstrahere blando sermone et quantum poterat admonitionibus benignis, quod precipue non deviassent a vero et recto tramite, immo etiam quod insequerentur vestigia predecessorum, multa alia, etiam quod starent pollicitis; sed (ut vidimus) surdis canebat. illi inquam sunt pertinaces, non solum illi, sed fere totus senatus labe infectus est. et adhuc fovent et substinent concionatorem, qui jam eo tempore concionabatur quo aderat Cesar. variis modis et viis conatus est d. doctor hunc expellere. illustrissimi duces Bavarie suasu d. doctoris statim miserunt unum ex consilio, ut assistere posset una

1) Johann Forster aus Augsburg, damals Propst zu Nürnberg.

2) So?



cum dicto d. doctore in presentatione sue commissionis et sui salvi conducti, sed ferme illos hoc nihil movit. paulo post denuo miserunt ad illos magnificum ab Eckio, qui similibus verbis aut multo severioribus usus est, quod si quid sinistri acceptaret, male cum illis ageretur; immo quod ubique per civitates et dominia suorum principum proclamaretur, ne quis vasallorum ausus esset conversari cum Ratisponensibus satis male cum illis scita<sup>1</sup> contingeret, immo perirent ferme.

Statim cum ista tractarentur, successit Regiae Majestatis adventus, cum quo collocutus est d. doctor per horam<sup>2</sup>. Sua Majestas illico vocavit ad se senatum, immo cum furore ut fertur: quare non obtemperarent imperio Majestatis Suae? jam semel e Vienna scripserat Sua Majestas, ut statim amoverent hunc concionatorem suspectum. affirmarunt cum sacramento quod esset peritus, immo quod placeret populo et quod sane et vere concionaretur. acquievit eorum dictis Sua Majestas et adhuc concionatur. dominus doctor constituit in illum suae nationis exploratores, ut animadvertant ne quid mali predicet, ut jam fecerat. mitius solito se gerit. populus egre fert, maxime adeo quod, si illi et nobis possent nocere, absque dubio non tardarent. variis minis minantur d. doctorem; immo si non tueretur a capitaneo civitatis, jam de illo actum fuisset.

Iudicio omnium Catholicorum, si non prevenisset dictus d. doctor, actum erat de Ratispona, immo etiam de aliis locis circumvicinis; quod fecit cum audacia, non cum auctoritate, quia nullam habet.

Si quid auctoritatis habuisset, multo melius operari potuisset et uberius fructus consequutus fuisset iudicio non solum ejus<sup>3</sup>, sed proborum omnium Catholicorum.

Quid profuerit sua audacia in ducatu ducis Octonis<sup>4</sup>, res ipsa loquitur. jam condescenderat dux ille opinioni Norambergensium, Augustensium et ceterorum hujusmodi farinae, immo quod pejus est, in ejus ducatu jam per dictum Octonem junctum erat plebanis quod si quis optaret communionem sub utraque specie, quod illi administrarent, immo etiam jam proclamatum fuerat sacerdotale conjugium et alia hujusmodi. statim nonnulli hujus ducatus parrochi concurrerunt ad eundem d. doctorem et

1) So?

2) Vgl. oben Nr. 27<sup>B</sup>, wonach diese Unterredung am 18. Juli 1542 stattfand. Außerdem war Ferdinand aber auch am 27. und 28. August 1542 (auf der Rückreise von dem Nürnberger Türkentag) in Regensburg anwesend: Forsch. zur deutschen Gesch. I, S. 391; vgl. auch Ranke, Deutsche Gesch. IV<sup>4</sup>, S. 233.

3) Vorlage: eo.

4) Ottheinrich von Pfalz-Neuburg (Vorlage: Octonem).



quod illis si quomodo posset auxiliaretur [petierunt]. visa desolatione confugit d. doctor ad Ill<sup>mos</sup> duces Bavariae, qui quidem absque mora miserunt ad jam dictum Octonem principem, qui sororius eorum est, et affectuose [petierunt] ut nequid ultra attentare vellet, immo quod dignaretur expectare conclusionem futuri concilii, quod pollicitus est facere. sed si fiat aliqua dilatio, male agetur, quia nullum alium noverunt remedium nisi conclusionem futuri concilii. in eadem sunt Ill<sup>mi</sup> principes una cum d. doctore, immo unice optarent celebrationem ipsius absque mora ulla.

Intellecto etiam quod per aulicos infectaretur ducatus ducis Friderici <sup>1</sup>, immo etiam quod jam consiliarii vellent persuadere duci ut condescenderet huic carnali libertati et his predictis et miseris opinionibus, ausus est et attentare voluit an colloquium cum illo habere posset. quod sua diligentia factum fuit, immo mutuo colloquio admonitus est dictum principem per horas duas. ille multa pollicitus est, immo quod mori vellet in eadem fide qua obierunt majores sui. attamen in nonnullis jam claudicare inceperat, adeo quod jam redditus et proventus cenobiorum in proprios usus exponeret. sed postquam, ut dicitur, intellexit celebrationem futuri concilii, voluit desistere ceptis.

Postquam dux Bronsvicensis a Langravio ejectus fuerat a suo ducatu, optime eum consultus est d. doctor, immo maxime juvit. jam miserat ad illum Langravium, quod si eorum more vivere vellet in suo ducatu, secure redire posset.

Multa alia operata est Sua Dominatio, quod non probe noverunt ministri, qui tam pigre administrant suam provisionem. hoc satis est absurdum, R<sup>me</sup> domine, et indecorum, quod ministri Suae Sanctitatis pecunia mutuata vivant, presertim talis.

Dominus Claudius optime illi semper assistit et fideliter etiam per ipsum fiet fructus uberrimus. publice legit et interpretatur Pauli epistolas et sibi contraxit erga clerum maximam amicitiam, quod non erit sine maximo fructu.

Ill<sup>mi</sup> duces Bavariae aliquid sunt supplicaturi erga S. D. N. optaret d. doctor quod non denegarentur in eorum petitione, quia sunt veri, immo si quid fuerit fidei in Germania, illi sunt colonne et sustentacula.

Quedam est altercatio cujusdam beneficii inter R<sup>mm</sup> episcopum Aistatensem et nepotem R<sup>mi</sup> cardinalis Maguntini <sup>2</sup>: congruum, immo vere bonum iudicio d. doctoris ut inter se concordarent.

1) Pfalzgraf Friedrich von der Oberpfalz.

2) Moritz von Hutten und Johann Albrecht von Brandenburg. Es wird auf den auch in Nr. 275 erwähnten, langwierigen Streit um die Würzburger Propstei hingedeutet.



Dominus Bonacurtius est verus catholicus et optime certat pro tuitione fidei catholice, ut vidimus; quapropter dignetur R<sup>ma</sup> D. V. commendatum habere negocium sui nepotis.

Magnificus ab Eck studendi gratia misit unicum filium Bononie cum preceptore. R<sup>ma</sup> D. V. zelum ipsius prope novit, dignetur hunc juvenem commendatum habere erga Rev. gubernatorem.

Sic est ut vidimus et attestamur.

### 279. Abt Johannes Saur von Kaisersheim <sup>1</sup> an Papst

**Paul III.:** Erscheinen Vauchops <sup>2</sup> im Kloster als päpstlicher Beauftragter. Freude über seine Mitteilungen. Versprechen allen Weisungen des Papstes zu gehorsamen. Durch Vauchop dem Papste zu übermittelnde Anliegen. Frühere Begünstigungen durch den Legaten Campeggi. [1543] November 8 Kaisersheim.

Aus Parma Arch. di Stato Carteggio Farnesiano 1543, Orig. mpr.

Venit ad monasterium nostrum, beatissime pater, Rev. in Christo pater Rupertus Vauchob, ecclesiae Armachan. administrator, sacre theologie professor, Beatitudinis Tuae minister cum generalibus credenciae ut vocantur literis in forma brevis, quae datae sunt sub annulo piscatoris Placentiae 1543 <sup>3</sup>. quem ea qua decuit et obedientia et reverencia suscepimus et in iis quae Suae Fidelitati credita et commissa sunt, non sine nostra nostrorumque fratrum consolatione et magno desyderio audivimus, nihilque potuisset nobis vel gratius vel acceptius esse quam indefessos Beatitudinis Tuae labores cognoscere, non solum in legatis et nunciis, sed eciam quod Beatitudo Tua in sua ipsius persona nullos labores unquam pro universalis ecclesiae christianae commodo et communi principum pace recusavit, quodque non sine justissimis et gravissimis causis concilium universale suspendit <sup>4</sup>, et quod paternum erga nos nostramque religionem favorem exhibuit pie ad observanciam nostram servandam monendo et exhortando, utque religiosos nostros et subditos probe educemus et in catholicae religionis et morum integritate conservemus: quae vix dici potest.

1) Kloster bei Donauwörth.

2) An Briefen Vauchops selbst aus dem Jahre 1543 liegen nur zwei vor, vom 25. Februar aus Nürnberg und vom 10. August aus Ingolstadt, gedruckt bei Dühr S. 610f. 616f. Dazwischen war Vauchop zur Berichterstattung in Rom gewesen, von wo er im April mit neuen Aufträgen des Papstes wiederum nach Deutschland (speziell Baiern und Salzburg) gesandt wurde: Raynaldus 1543 § 30.

3) Raynaldus l. l.

4) D. d. Bononiae pridie nonas julii anno pont. 9 (6. Juli 1543); Raynaldus 1543 § 17.



quanto nos gaudio adfecerint. itaque pro viribus nostris Sanctitati Tuæ obtemperare quantum in nobis erit studebimus, cui et nos ac apostolicæ protectioni commendamus. caeterum exposuimus nonnulla Reverendo patri Ruperto Vauchob pro monasterii nostri conservatione et defensione Tuæ Sanctitati indicanda, quandoquidem et antea Reverendiss. piæ memoriæ Laurentius Campegius cardinalis et sedis apostolicæ legatus non parum hac parte favoris exhibuit et auxilii præstitit, pro quibus omnibus et maxime hac Reverendi patris Ruperti visitatione gratias agimus Tuæ Sanctitati et sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, cui in perpetuum nos subicere et obedire decrevimus, semper humiles præces pro Beatitudinis Tuæ incolumitate Deo fundentes.

In monasterio nostro Caesariensi octava novembris.

Sanctissimo et beatissimo in	Tuæ Sanctitatis humilis filius, qui
Christo patri et domino domino	se commendat ad oscula pedum
Paulo hujus nominis tercio	Joannes Saur abbas Caesariensis
sacrosanctæ Romanæ et uni-	monasterii ordinis Cisterciensis.
versalis ecclesiæ summo pon-	
tifici.	

**280. Vauchop an Morone:** schrieb zuletzt am 9. Dezember 1543; erhielt keine fernerer Weisungen, auch nicht durch den Legaten Farnese noch die Nuntien Poggio und Sfondrato. Hat auch seine Provision noch nicht erhalten. Beglaubigt seinen Landsmann David Meffein, den er eventuell mündlich zu instruieren bittet. Schildert seine Thätigkeit: Besprechung mit Leonhard von Eck; Verhandlung mit den Räten des Bischofs von Freising; fand hier das Volk fromm, aber den Klerus sittenlos. War dann in Ingolstadt und wieder in München, konnte Eck indes nicht sprechen. Versammlung der Gläubiger des Pfalzgrafen Ottheinrich. Laienvisitation im Salzburgischen von seiten König Ferdinands. Jajus ist wohlauf; Bischof Otto von Augsburg wünscht ihn zu verwenden. Besuch des Bischofs von Eichstädt und Albrechts von Baiern. 1544 Februar 6 Ingolstadt.

Aus Bibl. Vat. Cod. Vat. 6407 fol. 6, Orig.

A nono decembris nihil scripisi R<sup>mae</sup> D<sup>ni</sup> V., expectans responsum litterarum quas antea miseram: audiveram etiam ex rumore per litteras charissimi conterranei mei Davidis Meffein<sup>1</sup>, San<sup>mum</sup> proposuisse me revocare ad alia negotia: fui semper paratus et ero ad pure obediendum, nec cupio ut credatur meae prudentiæ,

1) So?



quae infirma est. nondum aliquid mihi significatum est a R<sup>mo</sup> domino legato cardinali Farnesio <sup>1</sup>, a quo expectabam intelligere mentem San<sup>mi</sup> Domini Nostri; sed audiui per quendam Hispanum reversum ex curia Caesaris R<sup>mam</sup> D<sup>nem</sup> S. fuisse expeditam Wormatiae a Caesarea Majestate 25 januarii et rediisse in Galliam; nec dominus Poggius aliquid postea mihi mandavit. transivit etiam in festis natalitiis per Monachium Rev. dominus Franciscus Sfondratus <sup>2</sup> nuncius apostolicus ad Caesaream Majestatem, sicut intellexi ex ejus litteris et brevi missis ex Dillinguen ad Rev. dominum episcopum Aicstetensem, a quo nec verbis nec litteris mihi quid nunciatum est, neque post discessum ex Italia habui aliquam provisionem, cum tamen fecerim pro causis urgentibus non modicas expensas. sed hiis non obstantibus non omisi facere diligentias in causis religionis, prout materia se offerebat et conditio negotii tractandi postulabat, cognoscens gravissimas occupationes San<sup>mi</sup> Domini Nostri et vestras in arduissimis negotiis componendis quae nunc tractantur. rogo ut fidem detis praefato conterraneo domino Davidi, viro integro mihiq̄ue fidelissimo, et ubi non licet per otium scribere, per illum dignemini me informare de vestra voluntate et consilio in agendis.

Paucis stringam que post ultimas litteras egerim. reversus ex Dillinguen statim profectus sum Monachium versus, ut conferrem cum magnifico domino Leonardo ab Egk de negotiis bavaricis fidem tangentibus et parrhocis suspectis ac predicatoribus; quem reperiens in via in quodam suo castro plene informavi: tunc non erat princeps Ill<sup>mus</sup> Guillelmus Monachi. promisit tamen informare principem et sufficienter provideri huic malo et me statim certiore facere per litteras de omnibus. rediens iter feci per Freisinguen, ut convenirem Ill<sup>mm</sup> illum principem <sup>3</sup>, qui eo in tempore reversus fuerat ad suam ecclesiam, a qua fere per annum absens fuerat. sed non potui habere accessum ad ejus Rev. D<sup>nem</sup>. excusavit se per suum cancellarium, allegans infirmitatem et fatigationem, quem cum reverendo patre domino vicario viro prudenti et circumspecto et domino decano majoris ecclesiae deputaverat ad me audiendum et conveniendum. per quos presentavi breve San<sup>mi</sup> Domini Nostri, informando principem

---

1) Farnese war im November 1543 als Legat an den König von Frankreich und den Kaiser gesandt worden; mit letzterem traf er am 20. Januar 1544 in Kreuznach zusammen und begleitete ihn bis Worms. Pieper, Zur Entstehungsgeschichte der ständigen Nuntiatoren, S. 126 f.

2) Über dessen gleichzeitige Aussendung an die deutschen Fürsten vgl. ebendasselbst.

3) Pfalzgraf Heinrich, Bischof von Freisingen.



amplissime et exhortando prout expediens videbatur. dederunt optima verba et egerunt maximas gratias San<sup>mo</sup> Domino Nostro pro diligentis et laboribus sumptis; utinam corresponderent factis. misereor hujus praelati, qui in senectute constitutus tam seculariter vivit. populus est satis devotus et multum catholicus, sed clerus pro majori parte est scandalosus et mali exempli. feci illic quod potui, non quod volui: Deus colligat fructum.

Ex Ingolstadio sepe rescripsi magnifico domino Leonardo ab Egk pro resolutione et responsione in negotiis cum eo tractatis, quorum duo fuerunt magnae importanciae et indigebant maturo remedio propter grande periculum iminens. que communicavi cum ordinario, quibus se ajebat non posse provideri. consuluit tamen ut super hiis adirem Ill<sup>mm</sup> ducem Guillelmum presente magnifico domino Leonardo ab Egk. sic redii Monachium 26 januarii. promissum est quod omnibus hiis difficultatibus optime et cito providebitur, ob quam causam dominus Leonardus ab Egk debuisset huc accedere finita congregatione, que habita est hac hebdomada apud Novum Burgum<sup>1</sup> inter creditores principis Pallatini Hottonis et provinciales super ejus debitis. sed hodie se excusavit per litteras, sicut intelligetis ex eorum transcripto<sup>2</sup>, quia cogitur redire Monachium. ad quem cras mittam nuncium, ut nihil negligatur in hiis negotiis, de quibus alia via latius informabo.

Multum displicet ista visitatio instituta per Ser<sup>mm</sup> regem Romanorum, incepta per laicos suos commissarios, Ill<sup>mo</sup> domino Saltzburgensi, prelatis et omnibus bonis, quia res est magni prejudicii. missus fuit a R<sup>ma</sup> Sua Dominatione<sup>3</sup> reverendus pater decanus Saltzburgensis ad Regiam Majestatem pro hac causa. credo R<sup>mm</sup> D<sup>nm</sup> V. de hoc negotio satis informatam per reverendum dominum nuncium Casertanum.

Dominus Claudius est gratus et bene acceptus ob suas lectiones universitati, et multum desideratur ut hic permanet, quia hic facit fructum non mediocrem. prius scripseram nomine reverendi domini Augustensis episcopi<sup>4</sup> illum desiderantis, ubi etiam fuisset utilis. Sanctitas Domini Nostri in isto disponat, cujus pedes humiliter osculor. multum saluto R<sup>mm</sup> dominum cardinalem Sanctae Crucis cum R<sup>ma</sup> V. D<sup>no</sup>. gratia, fortitudo et consolatio spiritus vobiscum.

Ingolstadii 6 februarii 1544.

1) Neuburg a. d. Donau.

2) Findet sich nicht vor.

3) Nämlich vom Erzbischof von Salzburg, Herzog Ernst von Baiern.

4) Otto von Truchsefs.



Rev. dominus episcopus Aicstetensis fuit hic ad biduum cum illustri principe Alberto<sup>1</sup> in hac septimana, qui se commendat R<sup>mis</sup> D. V.<sup>2</sup>

---

1) Sohn Herzog Wilhelms von Baiern.

2) Ein beigehefter Zettel (a. a. O. fol. 7) verzeichnet die „Oratores missi ad dietam Spirensen“, nämlich von Baiern: Comes Ladislaus de Hag, celebris et insignis capitaneus; Joannes Zennger nobilis; Dr. Georgius Stockamer; Dr. Georgius Seld; und von Salzburg: Dr. Nicolaus Ribeisen, Eustachius de Alben marscalcus, et cum illis unus de capitulo.

